¶ Potest dici ȝ aliter vt innuit in lr̃a: ꝙ in pn̄° febris non põt apparere signũ digestionis vel cõtrariũ ex nã fe.q̃ tũc incohoat vel virtutis pugnãtis ꝯ febrẽ:sed ex nã mãe:quaȝ hẽt ante feb. ¶ Et sequit̃ ex hoc:ꝙ in pn̄° febris põt mã eẽ indigesta nullã potẽs recipere digestionẽ: ȝ hoc nõ erit ex nã febris:q: nondũ corrumpit mãm:sed ex nã mãe ante febrem:ȝ ideo si febris icohoet a colera eruginosa queratur. verum in pn̄° huius feb.mã sit digesta vel cruda. ¶ Dicendum:ꝙ est cruda q̃tuȝ ad hoc:qd̃ est posse digeri:ȝ posse ꝯrium digestionis recipere:q: ipossibile est eã digeri a põtẽtia alicuius virtutis cuiuscũqȝ hois:sȝ dĩ cruda ex h̃ qd̃ nondũ manifesta est actio caloris febrilis:qui mõ est:necqȝ actio aliqua virtutis resistentis illi febri: lȝ sit manifesta actio alterius male dispõnis:ex qua gñata fuit ista colera erugiosa:actio tñ caloris febrilis manifestabit̃:cũ trãsmutabit̃ illa mã ad peius:ȝ tũc incipiet augmẽtũ morbi mortalis:sed actio nãe non poterit manifestari: cuȝ impole sit istã mãm rectificari. Sed dicim⁹ ꝙ si esset polis euasio ab hac febre de colera eruginosa eo tpe:quo incipit augmẽtũ per additionẽ corruptionis in mã in eo:q̃ dȝ mori:inciperet digestio in eo:q̃ deberet liberari: lȝ sit ipossibile liberari.

¶ Sed tunc ponat̃ ꝙ aliqs incipiat febrire de mã tãte malicie:ꝙ non possit sibi addi malicia:qñ incipiet augmẽtuȝ huius morbi mortalis? ¶ Dicendũ ꝙ ille morief̃ in principio febris sine augmento. Aliter potest dici:ȝ tu ꝯsidera. Pĩncipiũ egritu. ali: h° de cãis occultat̃.

¶ Et pn̄m. Dicit post:ꝙ pn̄m est inuentuȝ in oĩ egritudine.s.

Signũ digestiõi cõtrariũ 2ᵉ

mali loquēdo de pn°hic notificato. ¶ Cōsidera hic ꝙ tribus ex cāis occultatur pn^m: ꝫ p^cū ꝛ scḋa faciāt vnā in gñe pma cā est breuitas tpis pncipij: vnū statim vr esse egritudo in vltimo: sicut apparet in paroxismo epilie ꝛ aplie ꝛ sinoche: que statim trāsit in statum: vel declinationē: vel additionē sm tres spēs sinoche. ¶ Scḋa causa est debilitas accidentiū principij: vnde nō priuant hominē ab actibus cōuersationis cōsuetis: q2 est fortis: vt pmo de creticis. vij. c. ¶ Tertia causa est cita apparitio signi excludentis pn^m. s. digestionis vel indigestiōis ꝯe: cum est mā subtilis pauca ꝛ fortis virtus: statim apparebit nubes: ꝛ signum maturationis: vel digestionis ficte. Accidit. n. quādoꝗ flegmaticas quasdā materias eadē die qua febris inchoat carminari ꝛ pelli cum vrina in corporibus quibusdam ociose viuentibus: vnde faciunt in vrina qdā hypostasim fictā que vr laudabilis ꝛ nō est. Et iperitus medic⁹ iudicat morbū salubrē: cum tamē qñꝗ directa ꝛ ꝓcedente malicia mors accidat: de hac autem hypostasi ficta: ꝛ modo nō errandi circa eā diximus pmo lib. fen secunda cap. de hypostasi.

¶ **Et augmentum quidem est hora: in qua commouetur caliditas innata ad resistendum materiei motu manifesto: ꝛ apparent signa digestionis: aut signa contraria digestioni.**

¶ Innuit certificationē augmēti ex accidētibus ꝛ alteratione mãe. Ex accidentibus qdem cū dixit: ꝙ est hora: in qua mouetur calitas innata ad resistendū. ¶ Et ex hoc vult nos intelligere ꝙ calor: q pus erat submersus in mēbro. i. in loco mãe modo expāditur ꝛ apparet sicut ignis: qui pus sub lignis viridibus suffocatur: modo vincit ꝛ in altū surgit sua flāma. ergo ad tactū est calor maior: ꝛ apparētior ꝛ pulsus manifestior: ꝛ fortiora accidentia apparēt. ¶ Scḋo notificat augmentū ex alteratiōe mãe cum dixit. Apparēt signa digestiōis: ꝛ intelligit signa digestiōis apparentia: siue manifesta: q2 talia sunt: que separāt augmentum a pncipio: signa. n. digestionis occulte possunt inueniri in pncipio: vt dixit Gal. p de crisi. xvij. ca. ꝛ ideo dixit motu manifesto. ꝛ intelligit p hoc nō solū apparitionē manifestā signorū digestiōis vel ꝯtrarij: sed etiā apparitionē manifestā accidētiū pdictorū. ¶ Dubitatur. Si caliditas innata mouet ad resistendū mãe motu manifesto: quo ergo appebit signū digestioni ꝯtrariū. ¶ Dōm ꝙ mouet ad resistendū: nō tñ resistit: imo sibi resistitur qñꝗ per additionē gradus putredinis in materia. ¶ Uel dicendū: ꝙ caliditas innata hic sumitur pro innata calitate febrientis: que non est vna: sed duplex. s. naturalis ꝛ ꝯtra naturā: ꝛ ambe surgunt a suffocatione pncipij: cum igitur expergesit ꝛ iam vincit totū hoc aggregatū calidum: siquidē vincat nālitas caloris naturalis: tunc penetrat in mãm ꝛ inflāmat eam flāma ꝑfectiua. s. digestiua: vt possibile est. Et apparet ex hoc signū digestionis: verbi gra: incipit appere nebula alba. Si autē vincit malicia ꝛ flāma innaturalis caloris: tunc ꝓcedit malicia in mã: ꝛ additur corruptio maligna in ea motu manifesto: vt appeant signa digestiōi ꝯtria: verbi gratia: incipit vrina denigrari.

Calitas i nata febri entis è ꝯ.

¶ **Et status est hora: in qua vehemens est pugna inter nãm ꝛ mãm: ꝛ apparet victoria vni⁹ ambarum earū super aliam: ꝛ est hora pugne: ꝛ eius spacium est in habētibus paroxismos acutos paroxismus vnus: ꝛ non cognoscitur nisi per illū: qui sequitur ipsū: aut duo paroxismi: ꝛ cognoscitur in tertio eius: ideo ꝙ nō addit super illos ambos in pluribus nisi egritudinib⁹ macronoxijs: fortasse. n. assimilantur paroxismi plures in oībus iudicijs suis: ꝛ illic apud statū cōpletur vestigiū digestiōis: aut contrarij eius.**

¶ Innuit notificationē status. Et p° ex accñtib⁹: que sequūtur vehementiā pugne: ꝛ iō dixit est hora pugne: hec aūt accidentia sunt dolores: ingetudines: ꝛ alienatiōes: ꝛ alia frequēter numerata ab auctorib⁹. Scḋo ex alteratiōe mãe cū dixit. Apparet victoria: si. n. in pugna hac calor nālis compleuerit inductionē forme ꝑfectiōis digestiōis: apparēt digestionis signa ꝑfecta: si vero calor ext̄ne⁹ ipreſſerit: apparebūt ꝯtria signa in vltimatis malicijs vrinarū. ¶ Sed instabit qs ꝯ̄ dicta. Primo: q2 in pn° vel augmēto pōt dici talis status: in quo fiat talis pugna vehemēs cū victoria morbi supra nãm: vt cū tunc occidit. ¶ Dōm: ꝙ sicut vera crisis ad salutē fit in statu ꝓcedentibus digestiōis signis: sic crisis illi opposita. s. ad mortē: que pōt dici ꝯra crisis: fit in statu ꝓcedentibus signis ꝯtrijs digestiōi: sm quā imaginationē dixit Hyp. in febribus. Idē termin⁹ his ad salutē: his ꝯo ad mortē: hec tñ alibi sunt discutiēda. ¶ Scḋo dicet quis. Accñtia que Aui. itellexit debuit scḋo ponere: cū sequantur post digestionē factā iā nã tentāte expulsiōem. ¶ Dōm ꝙ nō est curādum de postpōne aut antepōne sermōis. Uel dicendū ꝙ accñtiū vltimatio: ꝛ vehemētia nō solum fit ex pugna diuisiua sm locū: ꝛ expulsiua mãe: itā pugna fit post digestionē: vt innuit Gal. in cōmēto asso. q̄rte pticule. Egritudinibus: quibuscūꝗ incipiētibus: sed ēt ex pugna cōplemēti digestiōis: ꝛ ꝓprie si in mã addit putrefactio sic digestio: vt nos alibi discussim⁹. Est ergo vehemēs pugna: q2 siue sit morbus salubris: siue mortalis est in maiori suo cē: ꝛ quātū ad hoc dixit: vehemēs fit pugna: ꝛ etiā vehemēs pugna: q2 accñtia fiunt cretica: ꝛ q̄tū ad hoc dixit: est hora pugne. ¶ Tertio notificat statū ex tpe ꝑdurationis: ꝛ est ꝙ in morbis acutis nō multū durat status in plurib⁹ vno vel duobus paroxismis: sed in macronosis. i. cronicis pōt durare pluribus paroxismis: qui fortasse sunt siles in suis dispōnibus: ex eo ꝙ sunt oēs paroxismi status: ꝛ dixit fortasse pp ꝯtingētes i hoc varietates. ¶ Dubitāt prio rudes quō dicit ꝙ in statu appet victoria vni⁹ sup altero: cū hō fit in declinatiōe. ¶ Dōm ꝙ in declinatiōe. s. i morbo salubri apparet victoria virtutis actu per euationē mãe: sed in statu appet iudicio ꝓnostico ꝑ signa digestionis certificata: ꝛ sic appet iudiciū sup salute: aut per ꝯtria signa: ꝛ apparet super morte. ¶ Dubitāt scḋo quō stat⁹ est finitus in vno paroxismo cū paroxismus hēat declinationē: ꝛ in declinatione morbus sit debilior: in statu aūt dꝫ esse fortior. ¶ Amplius. Dicunt in seqñti poxismo erit declinatio: sed in declinatiōe morb⁹ dꝫ esse debilior: ꝛ hoc nō erit: imo fortior saltē in statu poxismi q̄ꝫ sit in declinatiōe ꝓcedētis poxismi: q fuit in statu: in declinatiōe ergo quātū ad aliquā ptē morbus erit fortior q̄ꝫ in statu. ¶ Dubitant tertio: quō dicit ꝙ cognoscitur in poxismo q sequitur: cū Gal. in p de crisi doceat cognoscere statū qñ est: ꝛ qñ futurus est. ¶ Ad pn^m dōm ꝙ cū stat⁹ sit hora molestior nō pōt in acutis qui sunt molestiores multū durare: in croni. aūt pōt. ꝛ tūc dicem⁹: ꝙ si febris cōtinua fit: ꝙ in hora declinatiōis poxismi stat⁹ morb⁹ est fortior q̄ꝫ in statu poxismi declinatiōis: si aūt febris sit iterpollata: idē forsan possem⁹ itelligere: tñ securius est dicere ꝙ status in illo discernitur magis ex alteratiōe mãe: ꝫ etiā poxismus illarū interpollataꝝ: q est in statu sit difficilior in accidentib⁹ q̄ꝫ poxismus declinatiōis cōparādo totū paroxismū toti poxismo: ꝛ ꝓportionabilr partē parti: ꝛ vt pn^m pn° ꝛ augmentum augmēto ꝛc̄. ¶ Ad vltimū dicendum: ꝙ lꝫ status cognoscatur in presentia quando est: tamē tunc est certificata noticia: quādo transiuit ꝛ apparet declinatio.

¶ Et illic. Hoc addit ad declarandum quod dixit. Apparet victoria vnius ambarum ꝛc̄.

¶ **Et declinatio quidē est hora: in qua calor innatus iaꝫ dominatur materiei: ꝛ vincit eā: ꝛ exi/**

stit in congregationis eius separatione. s. rei post rem: et tunc alleuiatur caliditas caloris oc culti: et expellitur ad extremitates donec resol uitur: et multotiens ingrossatur.

¶ Considerandũ q aliũ modũ seruat in notificando decli nationẽ: qr non ex parte alteratiõis mãe: cũ iã sit alterata pfecte in statu: et ideo sibi et statui cõicat: q sit mã digesta: et qr declinatio est in morbo salubri: et ideo nõ põt in ea esse dispõ digestioni 9ria: notificat ergo eã ex eo: q est sua cã. s. victoria caloris sup mãm: hec autem victoria est in actu ex pulsionis 9uenientis: expulsio. n. cõuenienter fit cũ separat nociuũ a iuuatiuo: retento iuuatiuo et nociuo expulso: et iõ dixit existit in 9gregationis eius separatiõe. i. expulsio nibus: in expulsiõibus. n. malis sinthomaticis calor nãlis non stat in separatione cõgregationis: imo totum aggrega tũ ex bono et malo pcipitat et expellit: in hac aũt separatio ne fit gradata expulsio. s. pris post partẽ: sicut gradati pars post partẽ separat. ¶ In expulsione igit cretica conuenienti 9sideramus tria. Primo debitã formã expulsiõis: q est re gulata gradata separãdo bonũ a malo: qd nõ fit in sinthoma tica: et q̃tum ad hoc dixit: existit in separatiõe 9gregatio nis: in separatiõe dico rei post rẽ. i. mãe post mãm: vt dicatur expulsio et nõ pcipitatio. ¶ Consideramus scdo effectũ: q ex hoc sequit. qr alleuiat calor viscerũ: vbi tenebat mã: et iõ dixit calitas occulti. ¶ Tertio 9sideram⁹ locũ: ad quẽ expellit: qr ad extremitates. i. ex corp⁹: et h est q dic: donec resoluit. i. ex toto recedit fe. vel resoluit. i. finit mã in hac euacuatione: iã. n. alias ostendim⁹: q hoc vocabulũ resol uit ab Auic. cadit in multis varijs signatiõibus: vñ scdo cañ. capº. 4. cũ loquit de medicina stupefactiua dicit et re soluit cõplexio mẽbri. i. destruit complexio mẽbri: et quia aliquãdo nõ expellit ad extremitates: ita q resoluat. i. ex toto finiat mã: imo retinet in aliquo mẽbro: et fit crisis per mutatiõis. s. apostematis: ideo subdit: et multotiẽs igrossa tur. i. agat pars aliq̃ in expulsiõe mãe: et est modus loq̃ndi hic Aui. 9suet⁹ alibi. Alij tñ exponũt ingrossat. s. mã p ex pulsionẽ subtilis et remanentiam grossi. Questio. IIII.

In expul sione creti ca 9ueniẽ ter tria cõ siderant.

Sed si quereret an notificatio augmenti status. et declinationis predicta competat his tẽporibus paroxismi: de pncipio. n. iã apparuit q sic. ¶ Dicendũ q oẽs he notificationes integre 9ueniũt tẽpo rib⁹ vlibus q̃tũ ad aliquas pres: et cõpetẽ pñt tẽporibus paroxismi: in augmẽto. n. paroxismi caliditas cõmouetur supra mãm: sub q̃ iacebat suffocata in pn⁹: in statu ẽt poxis mi est pugna: et vltima inflãmatio in mãe: et i declinatiõe iam calor dominat mãei. Sed qr hi modi loquẽdi nõ sunt ita p prij in tpibus pticularibus sicut in vlibus. Auic. in seq̃nti cap. ponet modũ hñdi calorẽ in tpibus poxismimos etiã diffuse dedim⁹ diuersitatẽ in qõne nra de plongatiõe feb.

¶ Et status qdem diuersificat in egritudinib⁹.

¶ Egritudinũ. n. valde acutarũ lõgingor sta tus est vsq ad. iiij. dies: et feb. ephimere sũt de hac sũma: verũ tñ ipse nõ numerant acute: qm nõ sufficit in acuitate egritudis: vt sit stat⁹ eius pximus: imo sit de egritudinib⁹ habentib⁹ ti morem. ¶ Et sequũt eas febres acute absolu te nõ valde: et sũt ille: quarum stat⁹ puenit vsq ad. xiiij. dies: et qd est supra id. ¶ Et cognitio qdẽ egritudinũ acutarũ in ordinib⁹ suis: et cro nicarũ est iuuatiua in regimine cibi egri: sm q dicemus in seq̃ntibus. ¶ Et plures qdem fe briũ cõplent principium et augmentũ et statum in paroxismo vno: et faciunt paroxismũ alium declinãdo. ¶ Et febres qdem diuersificantur in his tpib⁹: de eis qdẽ sũt: quarũ augmẽtũ p longat: et de eis sũt: quarũ declinatio plõgat.

¶ Hic vt compleat sciam ponit q̃tuor cañ. in pmo vult in nuere diuisionẽ morborũ: quã ponit Gal. iij. de creticis: et i cõmẽto tertij pno. xij. cõmẽto: et in multis locis. s. q morbi qdã sunt pacuti: q terminant in prima q̃rta: et iz ephimera terminet q̃nq in q̃rta die: vt q̃ est ex opilatiõe vel añ: non tñ est acuta pp cãm: quã dic et est fmo Gal. in cõmẽto affo. acutorũ morborũ. qdã aũt sunt acuti absolute: de qb⁹ dicit Hyp. q terminant in. 14. dieb⁹: et q est supra: qr large su mẽdo acutas extẽdi pñt ad. xx. et si sumant iproprie p acu tis tropicis terminant in. xl. dieb⁹: vt dixit Gal. pno. prio xxvij. cõmẽto. et inuit q sunt aliqui morbi cronici: q exten dunt se ad mẽses et annos. ¶ Scdo cañ. est notus ei q sit q regimẽ vliter ordinat ad statũ: vt Hyp. itelligit p affo. cũ dixit. Quib⁹ ergo 9tinu⁹ est status: dixit aũt in ordinib⁹ qr acute sunt ordinũ diuersorũ: quedã terminabiles in q̃r ta: q̃dã in septima: q̃dã in. 14. et silr varie sunt cronice: et q̃li bet indiget sua cibatiõe: vt apparebit in caplõ de cibatiõe febricitantiũ. ¶ Tertius cañ. est fmo etiã Gal. in p de cri si. et iam dict⁹ supra: q plures. i. q̃dã cõplent in paroxismo vno. i. hñt pncipiũ: augmẽtũ: et statum in vno paroxismo: et in secundo declinant: vel plures. i. multe cõplent: qr in vno paroxismo est status: sed alia tempora sunt in pluribus pa roxismis ante illum paroxismũ status. ¶ Quartus cañ. est quedã febres hñt longum augmẽtũ: et quedã longam declinationem: sicut apparet in augmastica: et paugmasti ca fe. et sic intelligit: q quedã hñt longum pncipium: et que dam statum: hic aũt cañ. expectat declarationem in capi tulo infra illo. Febris que est propter putredinem etc.

¶ De cognitione horarum vniuersalium egri tudinis et proprie status. Cap. iiij.

Cognitio horarũ egritudinis vlium: q̃nq est ex spẽ egritudis: nã spasm⁹ siccus et epilepsia: et appoplexia: et sq nantia sunt ex acutis valde. ¶ Et ter tiana pura: et causon de acutis nõ valde. ¶ Et quartana et paralysis de macronoxijs.

Iam determinauit de horis febrium ostenden do qd sint: hic docet illas cognoscere: et qr sta tus est tps: cuius noticiam maxime opz medi cũ hẽre: vt pmo de cris. et prima pticula affo. ideo dixit et pprie status: pmo docet cognosce re tpa vlia. scdo pticularia: ibi scda: (cognitio aũt): cogno scunt aũt tpa morbi: vel p signa que vocat Gal. et Hyp. p apparentia: vel per signa post apparentia: et iõ pmo p pria signa. s. papparẽtia docet illa cognoscere. scdo per post ap parentia: ibi scda: et q̃nq cognoscunt ex parte digestiõis: vel ibi: et q̃nq cognoscunt ex dispositione euacuationum. ¶ Cõsiderandũ autẽ q signa: q̃ vocant preapparẽtia sunt tria. s. spẽs egritudinũ circuituũ incrementa tpa anni cum sibi silib⁹: vt appet ex affo. et cõmẽto. Paroxismos. primo ergo docet cognoscere tpa vlia per spẽm egritudinũ. secun do per circuituum incremẽta: et imiscet de tpibus anni: ibi scda: et q̃nq ex motu. ¶ Considerandũ q noticia: que ex hoc habet: est valde 9fusa: solum. n. scio q status est prin cipio ppinquus vel longinqu⁹: si. n. scio q morbus est acu tus: scio q status pncipio ppinquus est: et tpa sunt breuia: sicut spasmus est acutus: qr cito occidens. s. vlis spasmus. ¶ Sed querit Tha. qd dicendum sit de spasmo humido. ¶ Rñdet: q est magis acutus: qr magis subito aduenit

Signa p apparẽtia sunt tria

nõ aũt intẽdimus in hoc insistere: qr ↄsiderãs esse istoꝝ spa ſm ↄparcũ iã sunt actu: videbit ꝙ ſm̃o Tha. nõ est oĩo vtus.

Videt ꝙ Gal. da bat. i ephimera: d'r ter ds ephi le phiasicd credo ex tñ Gal. corruptũ: qr ex aliij ex doſiro.. eis habẽt epilepsia ⁊ nec alliga tio Rasis repit vbi ſz forte est 18. cap. x.

¶ Et ephimera. Contra: quia Rasis. xv. ↄtinentis. 7. caplo ponit ephimerã morbum longum: dicẽdum ꝙ hic est sermo de ephimera paroxisini vnius non de tota ephimera. ¶ Sed ↄ: qr hic docentur cognosci tempora vniuersalia. ¶ Dicendum ꝙ vtitur loco exempli in hoc sermone. ¶ Appoplexia. Cõtra: qr de materia frigida grossa: dicendum ꝙ quedam appoplexia fit de mã calida: vel dicẽdum ꝙ dicitur morbus acutus ex parte mãe: qr fit calida: ⁊ talis nõ est appoplexia ſm plurimũ: vel ex parte accidentiũ: siue nobilitatis loci: ⁊ talis est appoplexia: ⁊ etiã sgnãtia: cito. n. prauitate accidentium occidunt: vel cito accidit liberari. ¶ Tertiana. Proprie continua: vel interpollata.

¶ Et qñqz ex motu egritudinis: naz si poxisini sunt breues significant: ꝙ status est ppinqu⁹: sicut tertiana pura: tp̃s. n. paroxismoꝝ eius est ex tribus horis vsqz ad. xiiij. horas: ⁊ si sint prolixi significant: ꝙ materia est grossa ⁊ status lõginquus: sicut in tertiana non pura. ¶ Et si nõ fuerint illic paroxismi: imo mã eius fuerit acuta: sicut sinochi: tunc egritudo erit acuta. ¶ Et si fuerit signa ei⁹ signa mãe frigide grosse: aut decliuis ad grossitudinem: tunc egritudo erit non acuta. ¶ Et si remanserit cum dispositiõe sua: tunc egritudo non erit illius acuitatis.

¶ Incrementa circuituũ: siue cõditiões periodorũ: siue paroxismorum sunt quattuor: longitudo ⁊ breuitas: ⁊ docet per hoc cognoscere tpa morbi: secunda est columitas ⁊ incolumitas eoꝝ: ⁊ docet scd̃o p hoc cognoscere: ibi scd̃a (⁊ et qñqz ex virtute). tertia anticipatio ⁊ postpositio: ⁊ docet p illa cognoscere: ibi tertia: (⁊ cognoscunt). quarta multitudo ⁊ paucitas accidentiuz: ⁊ docet ex hoc cognognoscere. quarta ibi: (⁊ silr). ¶ Considerandum ꝙ Aui. sumit hic tẽpus late. s. ad magnum ⁊ paruũ: ad qd̃ se extendere põt tertiana: ⁊ ideo dixit a tribus horis ad. xiiij. qñqz nĩ auctores sumũt tp̃s qd̃ cõiter euenit: ⁊ vt plurimũ: sicut Gal. scd̃o de crisi. cũ dicit ꝙ est. 12. horarũ: ⁊ Auic. infra. Questio. i.

Dubitatur vtruz ex breuitate paroxismoꝝ arguamus statũ ppinquũ: ⁊ ex longitudine statum remotũ. Videt ꝙ nõ: qr Gal. iij. de crisi. iij. cap. Ex lõgitudine partiũ paroxisini arguit ↄtinuari febrẽ: vel se. esse ↄtinuã. siue hec appropriat ↄtinuẽ: sz breuitatẽ appropriat interpoliate: febris aũt ↄtinua breuior est: qr acutior q̃z iterpollata. 18. ↄtinẽtis. vj. ca. ¶ Amplius. Cũ paroxismi sunt lõgi: tũc est status: qr in statu labores ⁊ accĩtia vltimant. ¶ In ↄ̃riũ est Auic. Dicẽdũ ꝙ in eadẽ egritudine nõ significamus ſm hũc modũ: sed cũ paroxismi sunt longi: tunc est status vt argutũ est. In diuersis autẽ cõparatis adinuicẽ põt accidere lõgitudo ⁊ breuitas: vel ex nã mãe: ⁊ tunc significamus. vt Aui. dicit: lõgi. n. paroxismi vt flegmatice: vel quartane: vel terriane non pure significant statũ longinquũ: sed breues significant statũ ppinquũ: vel potest accidere ex mõ motus: siue loco mãe: vnde est ↄtinua: vel interpollata: ⁊ tũc etiã nõ indicamus vt Aui. dicit: ⁊ qr hoc iudiciũ datũ ex longitudine ⁊ breuitate paroxismi est ↄfusum: ⁊ nõ verificat: nisi conspecta nã mãe: iõ Auic. dixit: significant ꝙ mã est grossa: ꝑmum ergo qd̃ cadit de iudicio ex longitudine paroxismi alicuius est: ꝙ morbus sit lõgus: sed tunc certificat hoc iudiciũ: ꝙ tunc erat ↄfusum: cũ vides: ꝙ mã est grossa: ex quibus contraria cessant.

¶ Et si nõ fuerint. Hic sermo põt esse sermo per se: vt dicat: si vides signa grosse mãei: qñ vides paroxismos plõgari: tunc morbus nõ erit acutus: ⁊ totuz hoc dixit vt faceret te scire: ꝙ certitudo huius signi pẽdet ex certificata nã mãe. Et põt esse sermo. q est alteꝝ mẽbrum diuisiõis: vt dicam⁹ ꝙ egritudines mãles: vel hñt paroxismos: vt feb. iterpollate ⁊ ↄtinue ꝑportiõales: ⁊ sunt poxismi lõgi: vel breues: vel nõ hñt paroxismos: vt sinocha ⁊ hydropisis: ⁊ tũc vel hñt signa mãe acute. i. calide: ⁊ erit morb⁹ acut⁹ breuis vel signa fride grosse: vt hydropisis: ⁊ nõ est morbus acutus. ¶ Et si remãserit. Hec lra põt ꝑmo exponi sic. i. si paroxismi eadẽ hora inuadãt: vt sit sermo illius affo. quarte pticule. Quib⁹ exacerbatiões aut parox. ⁊ nõ vi hec expontio ad mẽtẽ Aui. cũ hic nõ loquat de anticipatione vel postpõne: nec p ↄñs de eq̃li inuasiõe. Scd̃o mõ exponit: vt velit dicẽ: si egritudo in ꝑmo piodo nõ hz aliquã ꝑmutationẽ creticã siue aliqd̃ vestigium crisis nõ erit acuta: sed lõga vt sit ille affo. pticule q̃rte. In febrib⁹ aꝑa nõ solutũ ad ꝑmas crises ⁊c. ⁊ dicte expõnes sũt Dy. 3⁰ põt sic expõi: si poxismi⁹ remãserit cũ dispõne sua. s. media iter lõgitudinẽ ⁊ breuitatẽ, tũc morb⁹ erit medie dispõnis, vt fe. flatica respectu colerice ⁊ melãcolice. Quarto mõ ⁊ si remãserit. s. signũ significãs cũ dispõne sua. s. media inter signa materiei grosse: ⁊ materiei subtilis: qr significat mãm: quasi mediam egritudo nõ erit illius acuitatis: ⁊ he due expositiones sunt nostre.

¶ Et qñqz est ex virtute egri: cui velociter aduenit debilitas: quare est egritudo acuta: aut nõ apparet illud: ⁊ est egritudo non acuta.

¶ Hic docet cognoscere tpa morbi ex virtute: ⁊ qa virtute apparente forti paroxismus põt dici incolumis: sed eadem cadente di prauus: ⁊ iõ diximus: ꝙ docet cognoscere tpa morbi ex columitate ⁊ incolumitate. Et ꝑmo hoc. secũdo ex qbusdam alijs: ibi scd̃a: (⁊ qñqz est ex etate.) Qõ. ii.

Dubitat an ex debilitate virtutis arguamus morbum breuẽ: vel longuz: ꝙ longum ex scd̃o de dif. fe. vlti. ca. ¶ In ↄtrarium hic Aui. Si vis hui⁹ dubitationis ↄfusam ⁊ ꝑlixam solutionẽ vide Thadeuz sup affo. q̃rte particule. Quibus vrine cõturbate velut subiugaliũ. Solutio aũt clara mea ⁊ Dy. est: ꝙ morb⁹ vel ẽ mortalis: ⁊ tũc virtus q̃to debilior: tãto morb⁹ breuior: vt notũ ẽ: ⁊ sic Aui. loqt hic: vñ dixit qñz: qr in morbo mortali: vl ẽ salubris: ⁊ tũc q̃to dbilior: tãto lõgior: ⁊ sic loqt Gal.

¶ Et qñqz est ex etate: ⁊ tpe: nã in tpe calido et etate calida festinat status egritudinũ: ⁊ in tpibus frigidis: ⁊ etatibus frigidis tardat status egritudinum: ⁊ simili est dispositio regionuz.

¶ Hic ponit alia signa: ⁊ apparet: ꝙ si qs nõ vult mendicare vocabula Hyp. ⁊ Gal. qbus vtunt i affo. Paroxismos ⁊ consistentias: ⁊ p⁹ de crisi. aliter ⁊ clarius diuidet istas ptes: vt dicat: ꝙ ea qbus cognoscunt tpa morbi vña sunt. ꝑ spẽs egritudinis. scd̃o q̃litas paroxismoꝝ. tertio virtus fortis vel debilis. quarto etas. q̃nto tpa anni. sexto regiones. septio pulsus. octauo rigor ⁊c. Et dico istã viã esse clariorez: qr difficile est saluare significata vocabuloꝝ Hyp. ⁊ Gal. qbus dicunt: ꝙ signa quedã sunt ꝑapparentia: qdã sunt post apparentia: male. n. ista sic distinguunt: vt alias diximus: tamẽ est credendum ꝙ apud grecos hec vocabula propius significant, q̃z apud nos: ⁊ quod dicit patet.

¶ Et ex pulsu: nam si est velox: frequens: magnus: tunc egritudo est ad acuitatez decliuis: ⁊ si non: tunc non est acuta.

¶ Causa est: qr pulsus: velox: frequẽs: magn⁹ significat forte incendium: ⁊ ideo cito erit crisis: dixit aũt ꝙ si nõ: nõ est acuta: ⁊ non dixit est longa: qr posset esse breuis secura.

¶ Et ex rigore: nã si est ꝑlixi spatij: tunc egritu-

do est declinis ad ꝓlixitatē: ⁊ si est breuis spatij: tunc egritudo ad acuitatē tendit. Et qñq3 nullo mō est rigor: tūc abbreuiat᷑ eius extēsio.

¶ Causa est: q2 plixus rigor significat mām grossam tarde inflāmabilem: ⁊ ecōtra breuis rigor dicit: post ꝙ qñ nullo mō rigor: abbreuiatur eius. s. febris: retētio. i. remanētia. ¶ Sed cōtra: q2 tertiana nō vera est plixior ꝙ̄ ꝟa ⁊ tamē qñq3 nō incipit cū rigore: vt infra ponit Aui. ¶ Dicēdum ꝙ rigor hic sumit᷑ large ꝓ oī typo: siue sit ꝓprie rigor: siue horripilatio: vel horror: vel circū ifridatio: vel frigus. Accidit aūt ꝙ febris nō habet typum: vel q2 continua: ⁊ tūc breuis est: vel q2 mā benigna vt in dulci flegmate: ⁊ tunc etiā est breuis. Ad id qđ Auic. dicit ifra: dicēdum ꝙ iз nō sit rigor: est tñ ibi aliqs typus: vel pōt dici: ꝙ si nō sit rigor vel typus: posset ꝯtingere ex grossitie talis mãe: que tarde mouet᷑: ⁊ sicut mouet᷑ ita calefiat: ⁊ non faciat typum: tunc talis feb. erit plixa: ⁊ de hac non est hic sermo Auicē.

¶ Et cognoscunt᷑ hore egritudinis qñq3 ex pte horarū paroxismorū. Nam si fuerint ꝓcedentes ꝟm antecessionē superfluentē: ita vt vnus antecedat superfluitatē alterius tendēs ad additionē: tunc egritudo erit in augmēto: qm̄ de egritudib⁹ sūt que currūt vsq3 ad fidē horarū suarū ꝟm augmētū: ⁊ sunt qñq3 de genere tertiane: ⁊ de genere assidue: si aūt steterit ãtecessio: ⁊ steterint supfluitates: tūc sine dubio erit egritudo i statu. Et ꝟuās horā vnā ē lōgi spatij: ⁊ si postponūt᷑: tūc egritudo ē i declinatōe.

¶ Considerandū ꝟm Gal᷑. pmo de crisi. ⁊ Rasi. 18. ꝯtinētis. 7. ca° anticipatio paroxismorum quedā est absoluta: vt ꝙ scđs antecedit pmū per vnā horā: ⁊ tertius scđm p vnā horā: ⁊ sic deinceps: ⁊ talis anticipatio non significat augmētum: nec postpositio declinationē. ¶ Et rō est: q2 hoc pōt esse ex nã egritudinis: iuenit᷑. n. aliqua febris: que semper anticipat a pn° vsq3 ad finē: ⁊ aliqua que semꝑ declinat: ⁊ ħ est ꝙ Aui. dic᷑. Qm̄ de egritudinib⁹ sūt ⁊c̄. Alia est anticipatio nō absoluta: sed supfluens: verbi grãa: añcedit scđs paroxism⁹ pmū in vna hora: ⁊ tertius scđm in duabus vel tribus: ⁊ q̄rtus tertiū in tribus vel q̄tuor: ⁊ talis anticipatio signat augmētū: ⁊ opposita postpositio significat declinationē: ⁊ ħ est qđ dicit Auic. Nā si fuerint ꝓcedentes ꝟm añcessionē superfluētē. i. excedētē multitudine: ita vt vnus antecedat ꝓcedentē in sua antecessione: ⁊ addat: ⁊ hoc est qđ dicit tendēs ad additionē: tunc est in augmēto: ⁊ ꝙ talis antecessio significat augmētum: ⁊ nō quecūq3 apparent: qm̄ sunt alique egritudines: que currūt vsq3 ad finē ⁊c̄. ¶ Cōsiderandū scđo ꝙ l᷑ra que dicit: ⁊ si iam steterit: pōt dupl᷑r exponi. Primo si stat anticipatio nō solū absoluta: sed anticipatio ei⁹ qđ supfluit: ⁊ hoc est qđ dicit: steterint supfluitates: tunc egritudo erit in statu. Alio mō ꝙ Auic. ē nō fit securus in dādo iudiciū de augmēto per anticipationē q̄tumcūq3 fit supfluens: nisi cū hoc accñtia addita ⁊ reliqua: simil᷑r non datur iudiciū in statu per remanentiā ꝑoxismorum inequali iuasione: nisi sint vltimata accñtia: nam equalis inuasio absolute pōt significare pn᷑m morbi: ⁊ morbum lōgū: vt apparet ex afo. q̄rte particule. Quibus exacerbatiōes: ⁊ ideo dixit: si steterit anticipatio ⁊ superfluitates. i. accñtia in sui vltimitate: ⁊ refert᷑ hic sermo ad illud: qđ dixit: vt vnus antecedat superfluitatem alterius. i. vnus antecedat supra illud: qđ addit supra aliū tendēs ad additionem. s. accñtium: licet de hac noticia temporum morbi ex parte accñtiū statim distincte sit locutus: hoc tñ dixit de eа vt certificaret noticiā ex parte anticipationis ⁊ postpōnis.

¶ Et feruās horā vnā. Hic est afo. ille. Quib⁹ exacerbationes aut paroxismi. Et indigeret multa discussiōe: ⁊ cōiter. n. di. ꝙ equalis inuasio paroxismoꝝ. s. cū signis cruditatis: ⁊ accñtibus remissis significat egritudinē longā: q2 existens in pn° cū mã grossa vel cruda. Gal᷑. aūt in cōmento eius afo. vult ꝙ fixio ⁊ stabilitas inuasiōis significat materiā indigentē lōgo spacio ad digestionē quasi velit: ꝙ sit pugna eq̄lis iter nām ⁊ mām: ⁊ est ꝟmo ꝯsilis. iij. ꝓno. 7. cōmento. ⁊ hec eq̄lis pugna est: q2 mã se hз eodem mō in suis dispositiōib⁹ respectu virtutis: ⁊ ideo nec victa vt fiat sanior nec vincens vt fiat mors: ergo morb⁹ longus: sed cū ħ iordinatio ē signat: vel pōt signare morbū lōgū. Qō. III.

Et est dubium an equalis inuasio paroxismorum significet morbū lōgiorem q̄ inordinatio: ⁊ forsan oporteret dicere: ꝙ inordinatio q̄ sit casu virtutis significat breuiorē finē ad mortem: sed inordinatio ex diuersitate mãe pōt significare longiorem morbum inq̄tum significat mās diuersas: ⁊ tu ꝯsidera. ¶ Dubitant primo: quare anticipatio supfluens significat augmentū: postpō declinationē: equalis statio pn᷑m vel statum. ¶ Et dicunt ꝙ mã existente vniformi de se: semper equali tēpore inuaderet: cum ergo nã manifeste mouet᷑ ꝯtra mãз: sicut est in augmento: tunc accelerant paroxismi: qñ autem nã despicit eā: tunc postponūt ꝑoxismi: ⁊ hoc est in declinatiōe. Hic sermo est multū diminutus: vt apparet: ⁊ vī ꝙ ad duas cãs possit reduci. Prima est equalitas ⁊ inequalitas pugne: in pn°. n. ⁊ statu pugna vī satis equalis: in pn° qdē equalis: q2 nō aucta: sed stat mã cruda: in statu ꝟo eq̄lis: q2 non augmentabilis: ⁊ ideo ꝑoxismi q sunt ꝑoxismi pugne sunt in horis inuasionis equales. In augmēto ꝟo ⁊ declinatione vī inequalitas quedā pugne: in augmento quidē per agitationē: quā facit nã in mām: ⁊ ideo mã festine mouet᷑: siue sit agitatio bona: quā facit nã in mām: siue sit mala: quā fac᷑ mã in nām: vel calor putredinalis malus in materiā. in declinatiōe vero ꝓpter victoriā. Scđa cã est: quantitas ⁊ motus mãe cū sibi dispōne qualitatū: que est in pn° ⁊ statu: qđ. n. mouet᷑ pmo ⁊ scđo in pn° ⁊ statu est par in q̄titate ⁊ qualitate: sed in augmēto ⁊ declinatione est impar ⁊ dissimile: vt notū est. Et q2 hec sunt possibilia al᷑r here: ideo ꝯtingit in pn° fieri anticipationē: ⁊ etiā postpōnē: ⁊ in augmēto postpōnē: ⁊ in declinatione anticipationē: ⁊ tu cōsidera. ¶ Dubitat᷑ scđo quare feb. alique ꝓcedunt semper addēdo: sicut quedā tertiane ⁊ quotidiane: ⁊ quedaз semꝑ postponendo: vt etiā quedā tertiane ⁊ quotidiane. Dicunt isti. s. Thadeus: ⁊ oēs sequunt᷑ eū: ꝙ cã est mãe difformitas i grossitie ⁊ subtilitate: si. n. icipiat ꝑ° putrefieri mã subtilis: ⁊ successiue grossior: in illa semꝑ ꝑoxismi ibūt postponēdo: q2 mã grossior tardius mouebil᷑: si aūt icipiat mã grossior: ⁊ ꝓcedat ad subtiliorē: ibunt semper anticipādo. Sed tunc instat Tha. q̄o potest prius moueri mã grossa q̄ subtilis. ¶ Dicendum propter propriā aliquā dispositionē: sicut in aliquo putrefit flegma ⁊ nō colera. ¶ Si autem cōsideras istoꝝ sermones: isti non pñt dare cãm istam nisi in febribus: q̄ transeūt de grossis mãebus ad subtiles: vel ꝯ̄. Sed iam sensus ostēdit q̄sdaз tertianas satis puras: ⁊ de mã in substātia satis vniformi ꝓcessisse semper anticipando: ⁊ in q̄busdam semꝑ postponēdo: ⁊ sunt ꝑoxismi sibipsis satis ꝯsiles. Nos aūt dicem⁹ hic posse eē cãs multas: de q̄bus aliquas dicemus ex pte corporis: ⁊ aliq̄s ex pte mãe. Et ex parte qdē corporis accidit: ꝙ hō est satis sensibilis in suis mēbris: sed sanguineitati ꝓpinquus ⁊ humidus in eis: ⁊ in pn° mã colerica occurrit eis tectis: cum aūt ꝓcedunt ꝑoxismi semꝑ magis detegunt᷑: ⁊ magis ⁊ citi⁹ a mã noua mordent᷑: quare festinant ꝑoxismi: in quodā aūt alio corpore mã: q̄ paroxismal᷑r mouet᷑: posset gradatim addere sensus obtusionē: quare postponēt paroxismi. Ex parte aūt mãe: nā ꝑ multas cōtingentes cãs pōt inchoare feb.

Propter qđ anticipatio supfluens significat augmētū postpō declinatōez.

Propter qđ febres q̄daз ꝓcedunt semper addēdo: ⁊ quedam postponēdo.

in primo paroxismo cū aliqua mãe q̄ꝫtitate: ⁊ ꝯtingēs est oēꝫ scḋam mām esse p̄ma ampliorē vel mordaciorē: ⁊ tūc ſi fit oi/ gesta: vel fit in declinatiōe: ⁊ sic semꝑ anticipabūt ꝑoxismi. ¶ Sed. tu. d. ſm hoc in declinatiōe posset fieri paroxism⁹ de mã ampliori q̄ꝫ in statu. ¶ Dicendum dupliciter: primo ꝙ ille vltimus paroxismus fuit status ⁊ declinationis: vel dicendū: ꝙ non est inconueniēs: sed lꝫ materia ſit amplior erit obedictior virtuti: ⁊ tu considera ꝙ multe cause p̄nt ac celerare motum paroxismalē: q̄ꝫuis ſe. ſit in declinatione.

¶ Et similiter cognoscit̄ dispositio horarum ex augmēto accidētiū febris: ⁊ statione eorum: ⁊ declinatione ipsorū: ⁊ ex additiōe paroxismo/ rum eius: in longitudine ⁊ breuiatione ipsorū: ⁊ fortasse diuersificantur ⁊ non assimulantur.

¶ Considerandum ꝙ accidentia hic intelliguntur dolores: calores: sitis: vigilie ⁊c̄. ⁊ patet quod dicit.

¶ Et fortasse. Quasi dicat in febribus de mãeb⁹ etherroge neis nō est ordo inuasiōis: ⁊ iō ex dictis signis de anticipa/ tiōe: ⁊ postpōne: ⁊ lōgitudine: ⁊ breuitate nō possumus co. gnoscere t̄pa morbi. Et forsan vult: ꝙ diuersificatio inquā tum significat mãs diuersas significat morbum longum.

¶ Et q̄n̄qꝫ cognoscunt̄ ex dispōne euātionum: nam cum accidit in paroxismo aliquo sudor: aut ventris fluxus: ⁊ paroxismus scḋs: qui est post ip̄m: est in similitudine vehemētie primi: ⁊ fortitudine eius: aut supra ipsam: tunc eua/ cuatio eius est propter multitudinem: nō pro/ pter fortitudinē: ⁊ egritudo iudicatur longa.

¶ Docet cognoscere ex alio signo. s. euōne: ⁊ ꝯsidera ꝙ ē iō ga talis egritudo: ſi oꝫ eē salubris: q: pōt eē fe. breuis mor/ talis: ⁊ includitur in hoc ille affo. quarte ꝑticule. In febri/ bus sudor multus superueniens non deficiente febre ⁊c̄.

¶ Et quandoqꝫ cognoscūtur ex parte digestio/ nis: ⁊ contrarij digestiōis ſm ꝙ diximus: ver bi gratia: quando apparet sputū cum digestio ne aliq̄: aut vrina: in qua est nubes aliqua: tunc est principium augmenti: deinde quando mul tiplicatur illud: ⁊ apparet: aut contrarium ei⁹: tunc est stat⁹: ⁊ iterū quādo apparet digestio: aut cōtrarium eius velociter ex sputo: aut nu/ be: tunc scias: ꝙ status est propinquus: ⁊ ſi tar datur: tunc scias: ꝙ status est longinquus.

¶ Hic vt dicunt docet cognoscere t̄pa morbi ex signis post apparētib⁹: lꝫ posset ibi incipe: ⁊ q̄n̄qꝫ cognoscit̄ ex dispō/ ne euōnis. ¶ No. ꝙ signa post apparētia sunt signa crisis: de qb⁹ est euō: ⁊ iā dixit de hoc: ⁊ signa digestionis: ⁊ ꝯtrarij ⁊ dicit: hec signa sūt salutis ⁊ mortis lꝫ sint post apparētia nō posuit ea ad cognoscēdū t̄pa morbi: q: signa mortis cū sint cōia tribus tēporib⁹: ꝯuant̄ intelligi ex premissis. Et cō siderat: ꝙ sumpsit signa digestionis in sputo ⁊ vrina. intelli gens de alijs: ⁊ docuit cognoscere tempora morbi: quādo sunt ⁊ q̄n̄ erūt: vt apparet in lr̄a: ⁊ noticia ex his signis est certa: sed ex signis dictis supra nō sic certa: vt p̄mo de crisi.

¶ Cognitio aūt horaꝝ particulariū sic accipit̄: nā hora p̄ncipij ꝑoxismi est hora: in q̄ coarcta/ tur pulsus: ⁊ tu iaꝫ sciuisti intētionē eius: ⁊ plū beus fit color extremitatū: ⁊ infrigidant̄ extre ma: ⁊ ꝓprie extremitas auris ⁊ nasi vsqꝫ ad ho ram: in qua sentit̄ sparsio caliditatis. Et q̄n̄qꝫ associant̄ p̄ncipio alteratio coloris: ⁊ pigritia: ⁊ angustia: ⁊ tarditas motuū: ⁊ ꝓfunditas som ni: ⁊ mollificatio palpebrarū ⁊ grauitas ſmo/ nis: ⁊ orripilatio iter spatulas: ⁊ in dorso: ⁊ for tasse accidit in eo rigor fortis: ⁊ quandoqꝫ acci dit cursus saliue: ⁊ saltus temporum: ⁊ tinitus auriū: ⁊ sternutatio: ⁊ cōmotio mēbrorū corpo ris. Et vehemētius q̄dē debilitatur virtus ꝓ/ pter debilitatē: que est in principio aut statu.

¶ Hic docet cognoscere t̄pa ꝑticularia: ⁊ p̄mo facit h. scḋo dat cām ꝓlongationis ⁊ abbreuiationis paroxismoꝝ. ibi. scḋa. (Et scias.) p̄ma in duas. primo facit hoc. scḋo ponit exēplum. ibi. (Et ſi tibi videt̄. p̄ma in q̄tuor ſm ꝙ q̄tuor t̄pa notificat. ¶ Cōsiderandum ꝙ accidentiū p̄ncipij paro xismi oia sequunt̄ motū suffocatiuū caloris nālis sub mã ⁊ iō coartat̄ pulsus: ⁊ sciuisti h̄ ꝑ. li. fen 2ª. ⁊ ifra ca. d̄ signis feb. putridarū: ⁊ ex hoc q: fugit calor fit color plumbeus ⁊ infrigidant̄ extrema. Diuersificant̄ t̄n̄ hec accn̄tia ſm di uersitatē materierū: ⁊ ſm diuersitatē corporum: ⁊ partium in qbus appet impressio: vñ infrigidant̄ extrema ꝓpē ⁊c̄. q: sunt frigida pauce carnis ꝓno. p̄mo. ⁊ iō q̄n̄qꝫ multum alterat̄ color. ⁊ hoc dixit alteratio coloris: sicut in sincopa li: pigritia in flegmatico angustia q̄n̄ mã mouet̄ circa par/ tē stomachi ⁊ sp̄ualia. tarditas in flegmatica: ⁊ etiam ꝓfun ditas somni ⁊c̄. vnde quedā flegmatice inchoāt ꝑoximos cū subeth. horripilatio q̄n̄ mã aliqualr̄ est colerica: cursus saliue: mora mã in stomacho vel capite: cōmotio membro/ rū. i. ꝯcussio: vt in tremore typi ⁊ reliquoꝝ accn̄tiuꝫ. cā pꝫ.

¶ Et vehemētius. Cōsiderandū ꝙ debilitas accidit ꝑ viam suffocationis: ⁊ hoc magis fit in p̄ncipio ꝑoxismi: ⁊ ꝑ viaꝫ fortis iflāmatiōis: ⁊ ista magis fit in statu paroxismorū: ⁊ ideo mors fit plus in p̄n°⁊ statu paroxismi q̄ꝫ in augmēto vel declinatione: vt ifra fen scḋa cap. de hōris mortis: ⁊ 3°. de crisi. 4° ca. in declinatione ṽo accidit mors ⁊ debilitas ꝑ viā resolutiōis: ⁊ hoc est rarius: ⁊ vt ibidē Gal. ⁊ h̄ voluit hic Aui. cū dixit. (Et vehemēti⁹ ⁊c̄.) i. plus euenit: ꝙ v̄tus debilitat̄ in p̄n°⁊ statu q̄ꝫ in declinatione ꝑoxismi. in aug/ mēto eni ſi deficiat v̄tus est ꝑꝑ additionē caliditatis: sicut in statu: ⁊ hoc fit plus in statu. In declinatione ṽo frequē/ tius contingit: ꝙ alleuiato calore febrili homo alleuietur q̄ꝫ ꝙ calor suus nālis simul cum accidentali resoluatur.

¶ Et hore augmenti medietas prīa est hora: in qua pulsus icipit apparere ⁊ magnificari ⁊ ve lox fieri: ⁊ spargit̄ calor in toto corpe ſm eq̄li/ tatē. Et medietas eius altera est hora: in q̄ nō cessat hec caliditas ip̄sa cū eq̄litate augmētari.

¶ Considerandū: ꝙ q: augmētum est hora affinis p̄ncipio: in quo est suffocatio ⁊ affinis statui in quo est iā expansio facta ⁊ vltimatio caliditatis: ideo augmētū in duas partes diuisit: ⁊ nō fecit hoc q: ſit lōgior ꝑs parox. vt dicit Alber tus q: ꝯtingēs est esse breue augmētū ⁊ lōguꝫ p̄n^m ⁊ statū vt posterius appebit: sed dixit hoc ꝓpter difformitatē ei⁹.

¶ Scḋm equalitatem. Idest proportionabiliter.

¶ Et hora status est hora: in qua remanet cali/ ditas sparsa cum equalitate: ⁊ accidentia cum dispōne sua ⁊ pulsus fit maior q̄ꝫ vnq̄ꝫ: ⁊ fit ve hementius: velox ⁊ frequens.

¶ Iō dī stat⁹: q: stāt accn̄tia in sui vltimate: ⁊ iō vltimate ad dita calitate fit pulsus velocior ⁊ frequentior. Qō. IIII.

Sed tu dices non videtur ꝙ ſit maior: quia vir/ tus magis debilitatur in statu q̄ꝫ

in augmento. ¶ Dôm q addita necessitas cogit virtutem ad magnificādū pulsuz plus q̃ȝ in alijs tpibus: ⁊ lȝ in alijs ꝯtingat eam esse fortiorē: virtutes tñ nãles necessitatez aliquam assumentes operanť vehementius: vt Gal. in cōmento pulsuum: tractatu quarto pmo cōmento.

¶ Et hora declinationis est hora: in qua incipit diminutio: ⁊ incipit pulsus temperari ⁊ equatur. Deinde illa in qua incipit corpus sudare ⁊ perducit ad eradicationem.

¶ Dubitať: qr dicit q sudor fit. deide imo tunc declinat cum sudat. ¶ Dôm p q ly deinde nó dicit ordinē: sed innit duos modos declinationis vnū fine euōne manifesta: ⁊ aliū cuȝ euōne manifesta. 2° q cuȝ mā incipit ꝟsus cutim ꝓpelli: lȝ nódū sudor appareat: pót incipe alleuiari cau̾s occulta.

¶ Et multotiēs qdē accidit apud mortē dispōr que est sicut declinatio: ⁊ est q̃si eger euaserit: ⁊ non opȝ vt tu occuperis in hoc: imo cognoscas dispōnez pulsus: ⁊ an magnificeť ⁊ fortis fiat.

¶ Est sermo Gal. 3° de crisi. 4° ca. intercre ğ pulsui ad cognoscendū veram declinationez a falsa: in vera enim ꝓcedit ad melius: sed in falsa finiet versus formicantem.

¶ Et si tibi videť ponā tibi exēpluz de tertiana. Attēde ergo q cū tertiana in pluribꝰ dispōnibus icipit horripilatio: deinde frigus ⁊ rigor: postea sedať rigor: ⁊ minorať frigus: ⁊ icipit calefactio: postea eq̃ť calefactio: deide addiť postea stat: deide icipit minui vsq̃ȝ quo eradiceť.

¶ Dubitať qūo appropriat tertiane horripilationē: cuȝ oēs dicāt in ea fieri rigorē: vt Gal. 1° de crisi. Dôm q p horripilationē: frigus ⁊ rigorē intelligit gradatū ꝓcessum de pvo rigore ad magnū. pmo eni in tertiana icipit q̄dā cutis horripilatio: ⁊ seqť aliqḋ frigus: qr icipit itus tēdere calor: cū aūt fortiť ferť cholˀa sup mēbra sensibilia: tūc erit rigor manifestˀ: ista aūt vocabula horripilatio: frigˀ ⁊ rigor sūt i multa varietate vsus apḋ auctores: vt diceť ifra in suo caplo.

¶ In pluribus dispositionibus. ¶ Quia reperiť tertiana non vera: in qua non fit rigor: vt infra ponet Auicen.

¶ Et scias qḋ egritudo q̃nq̃ȝ ꝓlongať: aut propter multitudinē materiei: aut ꝓpter grossitiē eius: aut ꝓpter frigus eius. Et q̃nq̃ȝ adiuuant ad illud tēpus frigidū ⁊ regio frigida ⁊ debilitas caloris inati: ⁊ soliditas corporis.

¶ Scilicet tertiana vel poxismˀ: vel gcunq̃ȝ morbus mālis sit. ¶ Dubitať: qr alie sunt cāe ꝓlōgatiōis pter istas: q̄s ponit ifra de putredine p cap. s. ges māe ⁊ debilitas sensus: ⁊ error regimis: ⁊ fen 1° cap. de signis ꝓlōgatiōis: ponit cām grossitiē in viscaribˀ. ¶ Dôm q assumauit: ⁊ tu ex dicēdis cóple hāc sciam: nó. n. oia pñt in vno loco scribi: ⁊ si ꝯsideras ges māe ⁊ grossities in iterioribˀ reduciť ad grossitiē: ⁊ friditatē māe: malitia regimis ad cās extriseca̾s reducit: q̄s hic ponit loco exēpli. s. tps fridū: debilitas sensus reduciť ad debilitatē ꝟtutis. ¶ Sed tu dicis: q̄re dixit adiuuat ad illḋ debilitas ꝟtutis: vel caloris inati: imo est pncipalis cā. ¶ Dôm q ois cā q̄ est ex̄ nām morbi ⁊ nām sue cāe pót dici extriseca in ꝓlōgatiōe ⁊ abbreuiatiōe: cāe aūt q̄ sumūť ab ipso morbo: vel sua cā sunt magis ꝓpe ⁊ intrinsece: ⁊ ió ille pñt dici coadiuuātes: iste ꝟo pncipales. Q̄ō. V.

Dubitatur vtꝝ sit idē modus distinguēdi tpa particularia. s. poxismoꝝ: ⁊ tpa vlia totius morbi: videť q sic: qr sicut tpa vlia distinguunť ⁊ notificātur per hoc: q est pulsum esse submersum ⁊ obsessum esse calorē ⁊ expāsum. vt sup̄ appuit. ita ēt tpa pticularia poxismoꝝ: vt h̄ Auic. ¶ Amplius. hippo. eisdē qbˀ docet cognoscere tpa vlia: docet ēt cognoscere poxismos: vt appet per affo. Paroxismos ⁊ ꝯsistētias. ¶ In ꝯ̃rium Auic. q distincte loquiť de distōne tēpoꝝ pticulariū ⁊ vlium: ⁊ distincta adducit signa. ¶ Dôȝ q q̄dā distōne gñali ⁊ silitudinaria sili mō distinguunť hec tpa: sicut. n. in pñ° vli morbi calor ẽ suffocatus: qr mā est cruda: postea manifestatur amplius in mā: postea vltimať. postea declinat. ita accidit in pn° augmētō: statu: ⁊ declinatione poxismi: distōne tñ spāli ⁊ appropriata. diuerso mō distinguunť: vt cōiter oēs dicūt: nam tpa morbi vlia distinguuntur vel penes alterationem māe: vel penes accidētia: vt appet pmo de crisi. ⁊ tertio re. acu. ⁊ supra Auic. innuebat: sed tpa poxismoꝝ particulariat nec penes alterationē māe distinguunť: nec penes accidentia: sed penes modū se hñdi caloris in expāsione vel subeltisione. Qḋ aūt tpa paroxismoꝝ non distinguanť penes alterationē māe: ⁊ actionem nature apparet: qr pót esse tps: in quo actio nāe in mā nódum est: ⁊ tñ paroxismus habebit oia sua tpa: sicut paroxismus pncipij: ēt est possibile q paroxismus habeat suā declinationē: ⁊ tñ non erit declinatio morbi: imo poterit homo mori in declinatione paroxismi: qḋ non ꝯtingit in declinatione morbi totius facta ex actione nature in mām: cū. n. virtus vincit ⁊ expellit eaȝ: nó pót infirmus mori: vt ꝓbat. G. 3° de crisi. qrto ca. sed in declinatione paroxismi pót accidere: q simul cū mā resoluať calor nālis: ⁊ moriatur eger. Nec etiam tpa paroxismi distinguunť penes accñtia: sicut tpa vlia morbi: ⁊ hoc ꝓbat Dy. Primo qr tpa morbi distinguunť penes accidētia caliditatis extranee: vt extranea est ⁊ ꝯtra naturā: ⁊ ideo dr distinctio penes accidētia morbi: sed distinctio tēpoꝝ paroxismi est penes motū caliditatis: vt caliditas est: motum dico ad intus ⁊ extra: ⁊ penes additionez vel resolutionem ipsius. Secundo qr status paroxismi non est status quo ad accidentia: ita q accidētia in ipso sint intensa: qr pót esse q augmentum ⁊ status paroxismi sunt leuia: ⁊ pncipium paroxismi erit difficilioꝝ accidentium: ita q in tali pncipio moriеť eger: si sit egritudo mortalis: vt accipiť a Gal. 3. de crisi. ¶ Et ex hoc infert Dy. q distinctio tēpoꝝ paroxismi penes accidētia est eis accidētalis: sed penes motuȝ caliditatis est essentialis: qr pncipiū paroxismi est qñ caliditas est coarctata: ⁊ extrema sunt frigida: augmentū est qñ expandiť: sed status est qñ est expansa: declinatio qñ resoluiť: nó sic aūt de tpibus vlibus distinctis quoad accidētia: qr tunc erit status qñ accidentia morbi sunt intēsa: ⁊ declinatio qñ sunt remissa: ⁊ ideo pót coincidere status morbi quo ad accidentia cū principio ⁊ augmento paroxismi: ⁊ ꝯclinatio totius morbi quo ad accidētia cū statu paroxismi. ¶ Addit tñ Dy. est intelligendū: q quedā ꝯuenientia est iter tempora paroxismi ⁊ tpa morbi distincta quoad accidētia: qr tam in declinatione morbi quoad accidentia: q̃ȝ in declinatione paroxismi pót homo mori: nā possibile est q accidētia morbi appareāt esse remissa: ⁊ hoc qr nā est supata ⁊ victa: non resistēs: nec oppugnās morbo: ⁊ ex hoc accidētia morbi apparent remissa: ⁊ tñ eger tendit ad mortem: lȝ tñ ista sit declinatio morbi quoad accidētia: non tñ est declinatio quoad morbi essentiā: ⁊ vt est aliqd extra nām cōparatum ad virtutē ⁊ actionez ipsius. Et ideo rōnes Gal. qbus probat. 3. de crisi. q in declinatione non moriť eger: ꝓbant de declinatione quoad operationē nature: non aūt de declinatione penes accidētia: ⁊ hoc etiam voluit Auic. cum dixit. Et multotiens qdem: lȝ sermo Auic. referať ad declinationem paroxismi: pót tñ referri ad declinationez morbi quoad accidentia: qr declinatio morbi quoad accidētia potest coincidere cum declinatione paroxismi.

¶ Nos aūt ad clarificationē istius quesiti ⁊ multoꝝ pmittemus ꝓpōnes sex. Primo q ois morbus hñs quattuor tpa

Ubi penes quam distinguuntur tempora vlia tm cõtinuis ꝙ in iterpollatis q̄ ꝙ̄ lis fit.

vlia vt salubris vel tria vt mortalis pẽdet ab aliquā mã: p cuius dispõnem varia distinguuntur eius tpa: hec ppõ apparet: q2 vna distinctio temporū vlium morbi est ex pte materie. ¶ Scđa ppõ est: ꝙ qlibet paroxismus hꝫ suaꝫ mãm a qua dependet: ꝛ est ppõ nota. ¶ Tertia est: ꝙ mã: per cuius dispõnem variantur tpa morbi vlia: est vna a principio morbi vsqꝫ ad finẽ declinationis in morbo simplici: sꝫ in cõposito due a pncipio vsqꝫ ad finẽ. Rõ q2 auctores distiguũt tpa vlia p hoc: qđ illud ꝙ in pncipio est crudũ mõ icipit digeri. s. in augmẽto: sꝫ in statu est digestũ vel ꝯtũ digestioni: in declinatione hoc digestũ pus crudũ expellit: ita Gal. in libello de vlibus tẽporibus morbi: ꝛ pmo de crisi. ꝛ supra Aui. sꝫ hoc nõ esset: si mã eẽt alia ꝛ alia. ¶ Cõtra in tertiana iterpollata nõ põt eẽ vna mã: q2 i die qeris nõ ẽ. ¶ Amplius. Q̃ño in q̃rtana: que duraret quatuor annis: posset a principio vsqꝫ ad finẽ pcedere mã vna. ¶ Dicẽdũ ꝙ in iterpollatis nõ sic pprie distiguunt tpa morbi ex pte alterationis mãe: sicut in ꝯtinuis: nõ. n. sic sunt vna ꝯtinuitate in suis partibus: ꝛ si distingũant tpa penes mãe alterationeꝫ: erit penes alterationẽ mãe: q̃ est cã aĩe stans in venis. signũ q̃ digestionis qđ ꝯsideras in die qetis: nõ est cõparatũ ad cãꝫ cõiũctã: cũ nõ sit: sꝫ ad cãm añcedẽtẽ: nõ tñ ꝙ illã oporteat esse vnã a pn° totius febris vsqꝫ ad finẽ: cũ igit cã aĩe añqꝫ moueat ad paroxismũ ẽ cruda: tũc illi paroxismi sunt poxismi pncipij: cũ ẽ mollior: sunt poxismi augmẽti. ¶ Ex q̃bus inferas correlaria: pmo ꝙ tpa morbi vlia pprie distinguunt in morbis ꝯtinuis: i qbus vna mã currit a pn° vsqꝫ ad statũ reseruata ad crisim: ꝛ iõ in febribus ꝯtinuis plongatis: i qbus ꝯtingũt pl'es crises: valde ꝯfundunt tpa morbi: vt postqꝫ iã appuerint signa digõnis ꝛ modi crisis respectu illi' mãe: iteꝝ pdant signa digõnis: ꝛ iterũ reappareãt: ꝛ iteꝝ fiãt crises: ꝛ hoc totũ ẽ pp pcipitationẽ multarũ nouarũ mãerũ ad locũ putredis: vt nõ dicat vna fe. imo pñt dici plures hñtes pn^m ꝛ augmẽtũ: ꝛ statũ ꝛ declinationẽ: ꝛ hoc induxit Gal. ad ponendũ morbos acutos ꝯuersiuos: postqꝫ vidit Hyp. dixisse ꝙ fe. acuta absolute durat. 14. diebus: illa igit q̃. 14. diebus durat existẽs satis vniformis i suis exacerbationibus si est de exacerbatiuis: vel tota vniformis si ẽ de sinochis: ꝛ q̃ añ hoc tpe termiant. s. in. xi. vij. vel. v. est vere ꝯtinua vnã hñs manifestã distinctionẽ tporũ morbi: cũ aũt plongant amplius pprie ad. xl. est p ꝯuersionẽ: ꝛ q̃si recidiuationẽ. vt Gal. inuit i cõmẽto. amphorismi. Acute egritudines: ꝛ de creti. ¶ Scđm correlarium est. ꝙ modernis tpibus pp̃ter ingluuiẽ hoiuꝫ ꝛ multiplicationẽ mãerũ: q̃ pcipitãtur frequẽter ad putredinẽ pter mãm primã: q̃ icipit febrẽ facere: valde ꝯfundunt tpa morbi penes alterationẽ materie: ꝛ mõ apparebit dieb' aliqbus digõ in vrina: ꝛ iterũ postea reuertet cruditas: sicut reincho ãte altero morbo: ꝛ fm hoc vidimus febrẽ ꝯtinuã durãtem. 80. diebus: cũ tñ antiquis nr̃is satis fuerit: cũ dixerũt eã durare. xl. ¶ Quarta ppõ est: ꝙ q̃libet mã: q̃ facit paroxismum vel exacerbationẽ: est in se vna distincta numero ab alia: q̃ facit aliũ paroxismũ. Rõ est: q2 mã q̃cũqꝫ facit poxismũ inchoat inflãmari: ꝛ postea resoluit ꝛ finit: vt nõ possit amplius portare caliditatẽ extraneã: ergo si iterũ paroxism' reuertit: opꝫ ꝙ mã sit alia: ꝛ sic intelligit a Gal. ij. de di. feb. ꝛ ab Auic. infra. ¶ Quinta ppõ est: ꝙ mã q̃ a pn° morbi vsqꝫ ad fineꝫ disponit dispõne: qua distinguunt tpa morbi vlia: nõ est illa: que oi die vel tertia die paroxismat vel q̃rta: sed ista q̃ paroxismat illi cõcumuiat: rõ est q2 vna remanet. s. mã p quaꝫ tpa distinguunt: ꝛ alia expellit omni die: vel tertia: vel quarta die. ¶ Sexta ppõ ẽ: ꝙ si sit aliqua fe. continua de mã vna a pn° vl̃ vsqꝫ ad finem. s. ad declinationẽ totalẽ: ꝛ hec feb. habeat exacerbatiões: mã que facit exacerbationes non est illa eadeꝫ numero: que currit per oia tempora morbi: sed est alia: ꝛ est tot numero: quot sunt exacerbationes: ꝛ licet plures harum propositionum possint in vnã reduci: tñ vt clarius loquamur in multas diuisi eas. ¶ Ex quibus propositionibus primo infero: ꝙ feb. cõtinua est trium modorum: vna in qua principio sui materia vnica mouetur ad putredinem: siue occupatur a calore innaturali tota: ꝛ ipsa tota a principio vsqꝫ ad finem feb. s. ad principiuꝫ declinationis remanet nulla sibi facta additione alterius materie: ꝛ talis est sinocha vel a putrida vel non putrida.

Feb: nõ cõtinua ē triū modorum.

Questio. VI.

¶ Et digestio quidez in grossa est equatio eius cum subtiliatione. In subtili est equatio eius cum ingrossatione.

¶ Cum premiserit generalē cañ. in quo ponit duas primas
intētiones curatiuas febris putride: et q qñq3 reddit al. ver
git medicus magis ad vnam intentionem q3 ad aliam. hic
incipit prosequi curam putridarum sm has generales inten
tiones. pmo declarat alterā istarū intentionū. scōo ostēdit
qre qñq3 vergit ad vnam: quandoq3 ad aliam qñ est. tertio
cum qbus: et quo perficiuntur has intentiones. s. quomodo:
et cum qbus vna, et quomodo: et cum qbus alia quādo ad
eam redimus: ibi. 2°. (Et qñq3 sunt 9ria.) ibi 3°. (Et cū in/
frigidas.) ¶ Cōsiderandū circa primā partē q qa Aui. di
xerat, q intētio in medicādo has feb. quādoq3 vertitur ad
partē febris &c. habebat volēs prosequi curam tria predicta
declarare. s. qd intentio ad feb. et qd ad cām: et quando est,
q nos vertimus ad vnā: et quādoq3 ad aliā. s. qd cogat ad
hoc: et cum qbus fit quodcūq3 et qualiter: et tunc erunt inte
graliter habite generales intentiones curationis febrium
putridarum: et cōpletum erit hoc capitulum: et ideo totum
fundatur super isto pmo canone. ¶ Cōsiderādū secūdo, q
Aui. nō ostendit qd sit intentio ad feb. que est infrigidatio
vel qua infrigidamus et humectamus, qa notum est qd est
infrigidatio, et qd humectatio. est. n. infrigidatio et hume/
ctatio alteratio facta a re infrigidāte et humectāte. nec ostē
dit q sit intētio ad materiam, que intentio est euacuatio: qa
notū est, q euatio est humoris a corpore extractio: et ista p/
supponunt nota ex se, et ex primo cañ. remanebat igitur in
super Auic. vt declararet nobis quid sit digestio. Jā enim
dixit, q necesse est, q materia digeratur vel maturetur: vt
igitur vocabulorz diuersitas non faceret te errare: dicit q
per digestionē intelligit humoris equationem. s. vt hat ex/
pulsioni aptus: et si est subtilis, ingrossetur: et ec 9ra. i. q re/
mittatur subtilitas per ingrossationē: et grossities per sub/
tilitatē, non q moueat de extremo in extremū: et ideo dicit
in grossa est equatio cum subtiliatione. et ideo per digestionem

intelligit preparationem ad exeundum, siue dicatur digestio siue maturatio.

Questio. IIII.

Dubitant hic cōiter vtrū digestio precedat ingrossandorē istam qōnē plures disputauimus: & notauimus in lib° principiorū: quia est qō ad principia priūcipiorū, vñ erit hec qō a 4° membro. Cōciliator autē diffuse eā pertractat. ℭ Cōtra autē practicantiū transit cū hac solutione, q digestio in humatiuo semp precedit ingrossandorē intelligūt q digestio humorū, qua digōne fit pars mēbri: semper ingrossatur: quia mēbra sunt qd grossum respectu humorū: dicunt qua sūt pe mēbri: quia digestio qua humores transeūt in spiritus, precedit subtiliādo, cum spūs sunt subtiliores humoribus: digō autē i nocitiuo, que est preparatio nocitiui expulsioni quāqꝫ ingrossat, quāqꝫ subtiliat. ℭ Philosophātes autē qdā & nos cū eis sepe diximus, q digō vt est pfectio humidi. s. aquei a calo circūstāte sicco terreo semp ingrossat: humidū. n. per siccū terreū ingrossatur: vt autē est sicci terrei trāsmutatio, vt terminet humidū semp subtiliat: quia siccum terreū subtiliatur mixtione humidi: & pp hoc qdem indigesta apparēt grossiora, quia in primordio habuerūt multū aqūsicut nucleus amigdale cū cōsideratur qū est sub forma aque cū insidāte qū est cōpletus, & sicut sapa: quedā autē apparent subtiliora: vt puta q̄ a prīo sunt vt lapis & ponticate postea fiunt sucuiēta. Hec est abbreuiatio eorū, que alias diximus prolixe. ℭ Cōsiderandū est, q fm nostrā opinionē nulla digestio a nā facta est per se: & principaliter equatio ad expulsionem: imo est dispōnū cōueniētiū inductio pro actu nutricationis, si posset: & hoc est, q per se tentat nā vtēs suis virtutibus: conatur. n. assimilare quōcunqꝫ pōt fieri benignum & quantū est capax huius benignitatis: tm̄ sibi dat de illa: & q nō pōt vltimo fieri benignū expellit, vt sentit Gal. 2° de dif. fe. p̄ ca. & signū huius est, quia mā̄e putride dat albedinē: vñ fit sanies: & illa alteratio est a virtute digestiua solidorū mēbrorū & primorū. vt Gal. intellexit p̄ pnost. vltimo cōmēto. digō ergo mā̄e nocitiue facta a virtute i nobis est factio & acquisitio aliquarū dispōnū precedentiū actū nutricationis. Ex hoc accidit, q mā disponitur expulsioni: vel quia fit substātie magis apte: vel quia fit magis appropriatū obiectū: & sz in mō substātie fiat magis inepta. ℭ Pro declaratiōe vltima horū require qōnem nostram de maioritate morbi.

ℭ Et quandoqꝫ contraria sunt illa: que requirit febris de infrigidatione: & illud quod requirit humor de digestione & euacuatione & resolutione. Quandoqꝫ enim est digestiuū & euacuatiuum calidum: immo est fm plurimū: ita q tunc oportet vt obseruetur magis timorosa ex vna duarum rerum.

ℭ Hic ostendit quare est q hec intentio quāqꝫ cōuertitur ad partē febris & quāqꝫ ad partē aliam. s. ad mām & qū est &c. Cā autē huius est ꝯtrietas, que est quāqꝫ in istis intētionibus quia cōferens vni nocet alteri. p̄ ergo ostendit istas ꝯtrietates in generali: & ad quā intentionē medicus magis dz se conuertere. Scdo ostēdit quō aliquādo non est ꝯtrietas: immo q vni cōfert & alteri. Tertio declarando dictū in generali ostendit ad quid dz se vertere medicus stante ꝯtrietate. ibi secunda. (Et multotiens.) ibi 3°. (Et scias.) Prima in duas. primo ostēdit q cōtrarietas quandoqꝫ cadit imo vt plurimum inter illud, quo mā indiget de euacuatione & digestione: & illud quo feb. indiget de infrigidatione: & hoc quia euatiuum & digestiuū est calidū: & istud nocet feb. Secūdo ostendit, que ꝯtrietas cadit inter id qō cōuenit ad infrigidādū: & illud quo indigemus de minoratione materie: quia frigidum prohibet materiā minorari. Tertio ex hoc secundo casu infert alium casū. ibi secunda. (Et fortasse.) ibi tertia. (Et fit sollicitudo.) ℭ Considerandū autē q ex dictis Aui. habetur: quare est: & quando est q medicus vertit suā intentionem ad vnam partem. s. feb. vel materiā. Causa enī est contrarietas illarū duarū itētionū: & tunc se vertit: quādo stat illa contrarietas. si stat contrarietas: q illud quod facit cause nocet dispositioni: vel ecōtra necessario. opz eligere vnam istarum intentionum & operationum: & eligis autem illā, que est magis timorosa. i. que si omittatur est de ea maior timor: ideo si teneatur & obseruetur, est de ea maior vtilitas & minor timor, & minus nocumentū: & hoc est quod dixit obseruetur magis timorosa: & in hoc Auicen. ostendit casū generalem: ad quam duarum intentionum et operationum medicus debet se magis vertere: an ad intentionem & operationem circa causā, vel circa dispositionē, cum iste intentiones sibi ipsis repugnant: & contrariantur & casū. est obseruatio &c. ℭ Considerandū secundo q Auicen. specialem contrarietatem ostendit inter intentionē digestionis, & euacuationis ex vna parte & infrigidationis ex altera parte, per hoc quod digestiuum & euacuatiuum est calidum: ideo nocet feb.

Questio. V.

Dubitatur vtrum euacuatiuū sit calidum: & vr q nō. Quia cassia tamarindi, & mirabo. sunt frigidi. ℭ Amplius. Hic sermo erit de euatione etiā per vrinam: & per quācunqꝫ partem corporis: vt post apparebit fuisse de intentione Aui. sed euans per vrinā non est necessario calidum vt semina cōia frigida. ℭ Dicendū q euatiua leuia, vt que euacuāt leniendo vel labificando vel cōprimēdo nō sunt calida. sed ea que ponūtur in gradu fortiori. s. euacuātia, exoluēdo sunt calida: virtus. n. attractiua in eis est fortior: & hoc iuuatur calido: imo plus est ei attributa: vt intelligitur 5° colliget. & Aui. nō dixit absolute euatiuum calidū: sed quāqꝫ. quia aliquod euatiuū. ℭ Dubitatur quare dixit plurimum. ℭ Dicendū q hec pluralitas nō est, quia in mundo reperiantur plures spēs rerū, que euant exoluēdo: qꝫ sint spēs rerū: que euacuant leniendo & labificando & cōprimendo: & fm hoc non sunt plura euacuantia per vētrem calida qꝫ frigida de spēbus mūdi, que sunt nobis medicine. Sed dixit hoc quia plurimum euacuatio materierū in febribus, que est appropriata euacuatio, fit cum rebus euacuātibus exoluendo. Dico euacuatio appropriata minoratiua propria vel eradicatiua, quia eradicatiua eūo, que est quedam exiccatio dicta apud arabes fit cū rebus, que euacuant leniendo, & labificādo, vt apparet. Cū ergo Auicē. cōsiderauit solutiua, que euacuant exoluendo fm q in entibus mundi sunt pauca respectu eorū, que euacuāt leniēdo & labificando dixit: quandoqꝫ: quia aliqua ex solutiuis. s. pauca numero vel dixit: quāqꝫ quia determinato tempore vtimur illis. Cum autē considerauit solutiua euacuantia exoluendo ex parte vsus eorum ad veram minorationē vel eradicationem quia tales euacuationes vt plurimū fiunt cū medicinis euacuantibus exoluendo: dixit: imo & plurimum. ℭ Sed tu dices. Debuit dicere, imo semper. ℭ Dicendum q accidit aliquādo veram minorationem materierū fieri per medicinas, que euacuant leniendo: nō q ipse vere exoluant: vel q inquantū leniunt exoluant: sed quia cōmota materia circa intestina: accidit mām propriam feb. simul cum illa sequi in euacuatione. de euacuātibus ꝯo per vrinā. s. prouocātibus vrinā est notū, q plurimū sunt calida: imo aliquando aquosum sanguinis hoc faciunt: & inquātum hoc agunt sunt calide: vt intelligitur ex 5° de simplici medicina vt sunt feniculus, petroselinum: & similia: que ꝯo prouocant vrinā: quia ipsa sunt aquea apta labi ad vrinā: sicut aqua melonis & cucumeris & vinum aquosum: & similia nō sunt calida, sed frigida & humida. ℭ Sed tu dices. Semina cōia frigida prouocant vrinā: & tñ sunt humida nec fluida: imo sicca: nec calida nec frigida. ℭ Dicendum q talia semina cōmunia. s. melonis cucumeris & similiū vel saluant aquosum virtuale suorū fructuū: vel hñt partes occultas calidas

vel habent apposite ex qbus cessant 3ria. Qõ. VI.

Dubitatur vtrum digestiuũ materierũ fe. putridarũ sit calidũ. Et vĩ q non. Quia aqua frigida digerit plius. Sunt enim mãe cholericas: vt infra dicit Aui. ℂ Amplius. Feb. que plurimũ accidit est cholerica, ideo & pl'ima digestiua sunt frigida. ℂ In hac qõne est solutio Thadei i practica dispu Aui. & intelligitur in techni ab Dalfo. tract. na est triplex. s. virtus: & ista, nec est calida, secũdum est calor nãlis, qui est calide & humi v. Tertiũ ẽt dispositio iducta per cibos & me est duplex: vna est viarũ apertio. & talis fit p sic digestiuũ est calidum: qr frigidũ non dila materie permutatio de qualitate: per quã erat sic digestiuũ potest esse calidũ vel frigidum: qualitatẽ, per quã erat inobediẽs: cui qualita qualitas digestiui. Hec opinio vera est cũ he r. ℂ Alia est solutio Trusiani, qui dĩ plusq̃ in techni trac. 3° sup illo verbo. Sed dicta qui rationis: & vult q digestiuũ cause cõiuncte sit 3 in hoc tñ sunt habẽde 3siderationes: quas cã est: qr qd putruit calidũ est & humidũ: vn rredines generat. opponit igitur ei frigidũ & ud prohibeat. Sed digestiuũ cãe antecedẽ tredinis est calidũ & siccum: & de hoc dicit, q Princeps cũ dicit: digestiuum est calidum. s. di cause putredinis: que cã putredinis est oppilatio aperitione. ℂ Nos dicimus q dicta huius viri ve non sufficiunt hic. Si enim itelligit q digestiuũ s. qd 3trariatur calori extraneo putredinali est verum: q dicit: sed hoc nõ sufficit: non solum eni3 hu putridus h3 maliciã caloris: cui nos op3 oppone malitiam substãtie: cui plus debetur digestio me dicit per talem digõnem magis parat expulsioni: q̃ per alteratiõnẽ sm frigidũ. Querẽdũ sil'r est an preparãs sub stãtia putridi humoris ad expulsionẽ sit calm vel frigidũ: & quare dixit, q plurimũ est calm. Sil'r si intelligit hic vir, digestiuũ cãe putredinis sit calidũ. i. aperitiuũ oppilatio est cal'm. verum dicit: tñ hoc non sufficit, nobis in hoc in humore. q est cã antecedẽs: & tñ alie dispo sitio. Pñt enim quas paratur putredini: que dispões indigẽt per quas: vel qr est nimis subtilis, vel nimis iflãmatus. infrigidatiõe: Supp de diff. fe. ostendimus q l3 ois putrefa ℂ Amplius. mã 3iũcta ipedite vel phibite trãspirationis aliquo putrefactio fit necessario pp prohibitã trãspira non tñ oĩs putridũ indigebat aperitiuo calore. Sil'r non omne putridũ phibẽs trãspirationẽ, vt eius cau sa moueatur oppilatio. Dicamus igitur illud, qd de facto contingit: & est q materie humorales, que causant febrẽ. si digerant actio membrorũ: & sine auxilio digerũtur calido: qr membra calido naturali agunt. ℂ Secundo dicamus, q mate rie si digerãtur digõne proprie dicta, que est permixtio humidi cum sicco digeruntur a calido: quecunq3 mã sit. ta lis enĩ 3 pmixtio est actio calidi: vt 2° colliget. & 4° metheo rorũ. ag. Sm hanc permixtionẽ põt esse calor nãlis diuer sus sm diuersa mẽbra: vt 2° colliget: & calor tẽperatus me dicinarũ agentiũ ad 3fortationes caloris naturalis: & tunc mediate digerunt. vel agẽtiũ imediate in materiã: & de his prolixe notauimus super 4° cap secundi can. ℂ Tertio di camus, q digestio. i. remotio cuiuscũq3 male dispõnis: per quã humor impedit ab euacuatione: põt fieri a calido & a fri gido & ab aperitiuo & ab inspissatiuo: & sm q male dispões materierũ requirũt: & sm hoc dixit Aui. q digestio est equa tio. & in scdo cañ. huius capituli: & in cap harum dispõnum cõprehenditur diminutio mãe: quãuis autẽ hoc digestiuum possit esse calidum: vt q subtilias & aperit: & posse esse frigi

dum: vt q inspissat: vtplurimũ tñ est calidũ: qr vtplurimum mãe feb. reperiũtur grosse: & oppilationes reperiuntur vt plurimum 3iuncte cũ putredinibus & grossitiebus & viscositatibus materierũ. & hoc accidit pp multã hominum gulositatẽ & indigõnem: vnde generãtur grossi & viscosi humores, siue sint frigidi, siue calidi. ℂ Ad pmũ in cõtrariũ dicendum, q raro fit illa cura per frigidã aquam: qr reperitur raro, q illa cholera & alie cõditiones reperiuntur: frequẽtius autẽ reperiuntur mãe & conditiones, que indicant dari digestiua alicuius caliditatis. ℂ Ad secundũ dicitur q ille sermo est valde extraneus: quem posuit pluĩq̃ Commentator in techni tract. 3° super illo. 6. Ferunt, & dicit Ga. voluisse: q qñ sanguis est calidus cholericus: delatio eius in oẽs venas est facilis: & hec dispositio nõ videtur adherere itellectui: & nos dicamus, q forsan Ga. voluit, q humor cholericus est multũ aptus inflãmari & putrefieri ex hoc: & associari omni alij febri: ita q quartanarij & quotidianarij ex calore eo3 faciunt exacui & intendi aliquam choleram: vnde apparent in talibus feb. excessiua quãdoq3 cholericas: non autem accidit sic in febribus cholericis statim associari putredinẽ phlegmatis, vel melancholie siue autẽ qd diximus sit illud: qd Gal. voluit siue non. Dicamus soluendo ad rõnem, q si concedatur Gal. q feb. que plurimum accidit sit cholerica: plus nĩ reperitur cholerica cũ aliqua grossitie & cum oppilationibus 3iuncta q̃ reperiatur pura subtilis: & cum dispositione apertionis viarum.

ℂ Et fortasse contrarium est illud: quod conuenit febri de infrigidatione cum eis: que sunt sicut melones indi: & reliqua olera ei: qd 3uenit materiei de minoratione, quare prohibet illud dare ea in potu: nisi vbi non est mã subtilis.

ℂ Ostendit q illud qd 3uenit febri infrigidãdo 3riat aliqñ ei qd cõuenit mãe de resolutione: & sicut qd aliqñ conuenit febri i3frigidãdo cũ aqua melonis indi: & similibus: vt cucurbite, vel cucumeris, & citrulli: & aqua malo3 vel pruno3: & infrigidatio talis 3riat ei: qd cõuenit mãe de minoratione & phibẽtur ex hoc iste aque isto3 melonũ: & similium dari in potu: nisi vbi nõ est mã: differt igitur hec 3rietas intẽtionũ a pdicta: qr in hoc q 3uenit febri nocet mãe: sed in pcedenti q 3uenit mãe nocet febri. ℂ Considerandũ q melon indus est qui apud nos melon viridis vocat: reliqua aũt olera sunt reliq fructus 3siles: vt citrulli, cucurbita &c. hoc ergo vocabulũ olus apud arabes est latius q̃ sit apud nos. Nam apud nos significat solas herbas: sed apud eos significat & fructus: & ita inuenitur sepe ab Aui. scriptum & inuenies huic simile 3° lib° fen prima cap. de cã. curationis cerebri: & scdo colliget. & infra cap. de cura terciane: q autẽ in oibus his sit virtus infrigidans notũ est: & per hanc ifrigidationẽ prohibet mãs ab eũone getãdo eas. Qõ. VII. Melon indus.

Sed dubitatur qr melon nõ multũ infrigidat: vt phibeat ab eũone. ℂ Amplius. Euacuat qr multum prouocat vrinã. vnde infra cap de cura quartane vult q lactuca est frigidior q̃ sit melon: & vbi phibet lactuca pp infrigidationẽ: nõ phibet melon vult ẽt q in melone est vehemẽs prouocatio vrine. ℂ Dicendum ẽ, q hic loquitur de melone viridi non maturo: & sibi simili vt sunt cucumeres: & cucurbite tenere: & citrulli non maturi. Sed in cap. de quartana loquitur de melone dulci: & vnde dĩ ibi, non est inuentu3, sicut in melone dulci: sed melon dulcis est melon maturus: q dĩ apud nos pepon. i. pepasis passim: qr aliqs crederet q possemus vti melone dulci eo q prouocat vrinã. ideo Auic. subdit generalẽ cañ. de eo & alijs similibus: q oẽs tales fructus: & eo3 aque postponãtur: qr nocent febricitãtibus cũ ebullitione sua &c. ℂ Nolumus aũt hic nobis adduci 3dictiones de his vocabulis

melon, pepon, citrullus, cucumer.i.anguria:⁊ʒ arabes:loquimur.n.hic cũ his vocabulis ſm q̃ ſunt ex lingua arabum.ſ.Aui.Auer.⁊ Raby Moy.quoꝝ vocabula in his fructibus ſunt cõformia noſtris i ſignificatis hoꝝ fructuũ: qui aũt plura querit de noĩbus melonũ peponũ ⁊ alioꝝ legat qd̃ ſcripſimus 2°cañ.cap̃ de barbeca.hi ergo oẽs fructus dicti:⁊ alij conſimiles infrigidãt:⁊ iõ ↄueniunt febri. Sed ↄ̃iatur ei, q̃ ↄuenit mãe de minoratione:⁊ hoc dr̃.primo.qꝛ infrigidãdo prohibẽt eã a reſolutione, ⁊ incrudant eã. Scd̃o,qꝛ propter eoꝝ aptitudinẽ ad corruptionẽ multiplicant malas m̃as putreſcibiles vt ↄcordant auctores in capitulis eoꝝ. ℭ Conſiderãdũ niſi vbi eſt mã.ſ.aliqua fortiter calida ſubtilis:in qua plus foret iuuamentuʒ p citrullos ⁊ melones infrigidãdo q̃ʒ aliud nocumẽtum, qd̃ fieret ab eis:⁊ Halyabas 3°practice cuſtatis in p̃n°tertiane:⁊ i die acceſſionis cõcedit melones indos:vnde Auer.5°colliget. Succus angurie.i.cucumeris ſaraceni ↄ̃iatur cholere cũ tota ſui ſubſtantia:⁊ idem Aui.2.cañ.tñ ſubdit. Eius chimus eſt malus p̃paratus ad putredinem ⁊c̃. vel niſi vbi eſt mã:de cuius prouocatione per vrinã cõſideres virtute melon.alia lr̃a hʒ. Niſi vbi nõ eſt mã, vt in feb.ethica vel effimera vera:⁊ tunc poſſent iſta cõcedi ſub intentione infrigidationis:⁊ non prohibet eam retentio materierum.

ℭ Et oĩno ſollicitudo ſit : vt poſtponatur aqua fructuũ vſq; ad hebdomadam:⁊ ſit contẽtus aqua ordei. ℭ Et omnes fructus nocent febricitantibus cum ebullitione ſua:⁊ corruptione ſua in ſtomacho. Queſtio. VIII.

Dubitatur de hoc cañ.nam aqua fructuum.i.aq̃ decoctionis prunoꝝ violarũ iuiubaꝝ: cui ſimilẽ ſcribit Meſ.in antidotario diſt.ſeptima eſt lenitiua vẽtris ſuauiter:⁊ reprimit cholerã:ſed talis lenitio laudatur:qꝛ ante ſeptimũ ſtatim Aui.ↄcedit ſyrupũ violaꝝ. ℭ Amplius. Cõiter operãtes dant illũ:⁊ q̃nq; dant pulpã caſſie ante ſeptimũ. ℭ Quidã corrigũt iſtũ textũ dicentes: nõ p̃ponaꝛ aqua fructuũ. ℭ Alij ſunt q̃ dicũt, q̃ aqua fructuũ añ ſeptimũ dari non dꝫ:qꝛ talis aqua eſt ſoluẽs:vnde Meſ.dicit,de ea cholerã rubeã cũ facilitate educit. Hi aũt parũ exercitati ſunt in op̃ationibus artis:⁊ Halyab.cui eſt dãda fides in opere:incipit in tertiana cũ aqua mãne tamarindoꝝ ⁊ caſſie prius q̃ʒ digeſtio appareat. ℭ Dicamus q̃ aq̃ ſumiꝛ in libris arabũ pro ſucco vel pro decoctione:⁊ cũ hoc dicamus q̃ aq̃ fructuum eſt triplex:vna eſt aqua lenitiua vẽtris, q̃ fit ex prunis, ⁊ caſſia ⁊ manna ⁊ violis ⁊ tamarindis ⁊ iuiubis ⁊ alijs q̃buſdã, vel ex oĩbus iſtis vel aliq̃bus ex eis:⁊ iſtã deſcribit Meſ.in antidotario:⁊ tibi ineſt cõponere eam ſm nrãm reꝝ ⁊ proportionẽ, que tibi videꝛ: dũmodo intentio ſit in ea lenificatio vẽtris, ⁊ temperies caliditatis cum hoc:⁊ de hac aqua fructuʒ loq̃tur Raſ.18° ↄtinen.vlti.cap̃ vbi dicit. Si conualeſcens eſt debilis:⁊ nõ poterit ſuſtinere eũonem, da ei aquã fructuũ:⁊ ego dedi ei quolibet mane talẽ aquã:⁊ eduxit ipſum bis:de hac loquitur Aui.ſupra cap̃ de effime.ex vino, vbi dicit:indiget ſolutione ex aqua fructuuʒ:⁊ loq̃tur de ea Raſ.in diuiſionibus cap̃ de cura tertiane ⁊ cauſonis:⁊ hec aqua fructuum nõ prohibetur a p̃ncipio putridarũ febriũ:imo cõiter cõceditur intẽtione lenitionis vẽtris:vnde ſtatim dicit Auic̃.ſit vltimitas lenificatio:⁊ video q̃ cõitas medicoꝝ dat in p̃ncipio in febribus putridis caſſiã. ⁊ alij dant ſyru. violaꝝ: ⁊ diſſoluunt cũ decoctione violarũ ⁊ prunoꝝ ⁊ ſimiliũ:⁊ ſimilia lenitiua dant:⁊ vt ⁊ apparebit ab Aui.in particularibus capitulis. Et rõ ſuper hoc eſt, qꝛ vtiliſſimũ eſt inchoãtibus febribus putridis, q̃ vẽter leniaꝛ ⁊ prohibeaꝛ feb. acuitas. ⁊ hoc faciũt lenitiua p̃dicta:que oĩa cõprehendũtur ſub hoc vocabulo aqua fructuũ.i.aqua lenitiua ⁊ ſedatiua caliditatis:⁊ dr̃ ita:qꝛ plurimũ ſit ex fructibus lenitiuis, ſicut ſunt caſſia pruna:⁊ tamarindi:⁊ iuiube:⁊ cũ hoc ex viol.⁊ mãna. ℭ Sed tu dices. Multa ex iſtis euacuant cholerã a p̃prietate.igitur opʒ q̃ expectetur in eoꝝ vſu digeſtio. ℭ Dicẽdũ q̃ in his medicinis virtus lenitiua vẽtris eſt efficax.virtus autẽ diſſolutiua cholere eſt debilis valde:⁊ ideo ſi cholerã inueniãt paratã in primis venis ſine moleſtia aliq̃ educũt illã, q̃ ſi nõ inuenirent eam paratã nõ propterea agitant reliquã choleram, ſi eſt febris cholerica:hoc autem vtile eſt ſine nocumento : quecunq; febris ſit, ſiue cholerica, ſiue ſanguinea, ſiue phlegmatica, ſiue melãcholica:lʒ diuerſas oporteat eſſe cõpones harũ medicinarũ lenificantiũ ſm diuerſas febres, ſic̃ ſciunt p̃iti medici plus tñ vtimur eis ⁊ purioribus in febribus calidis q̃ʒ i frigidis, vt inferius apparebit. Cõſidera ẽt q̃ ſi ab his medicinis velles nõ minus virtutẽ attractiuam cholere q̃ʒ lenificationẽ, adderes doſim illaꝝ. ℭ Alia eſt aqua fructuũ acetoſoꝝ reſiſtentiuʒ putrefactioni, vt aqua.i.ſuccus agreſte limonis, arancioꝝ, granatorum acetoſoꝝ:⁊ aliorum ſimilium iſtis, de q̃bus aquis frequẽter inuenies ſermonem ab Aui. vt infra de regimine febriũ acutarũ:⁊ ſupra loquebatur de ea in cap̃ de febre effimera ex ſiti cuʒ dicebat. Cura eſt dare in potu aquas fructuũ frigidoꝝ p̃prie granatorum:⁊ hanc aquã fructuũ poſſumus dare in principio febrium putridarũ:in quibus volumus reſiſtere malignitatibus putredinũ:vnde in peſtilẽtialibus eſt vſus eius valde laudabilis, vt poſtea apparebit. ℭ Tertia eſt aqua fructuum, que cõi noĩe noĩatur cũ herbis, ſiue oleribus apud arabes:⁊ ſunt fructus de horarijs, ſicut cucumeres, qui dicũtur anguria.i.cucumer ſaracenicus:⁊ melon viridis coloris:⁊ q̃nq; verſus citrinũ tendũt ſolidi intus:⁊ dicunꝛ melones indi ⁊ citrulli:quoꝝ quidam ſunt virides:⁊ plurimi ſunt citrini:⁊ cũ his intelliganꝛ mala ⁊ pira non acetoſa:⁊ iſtam aquã fructuũ Aui.hic intendit:⁊ prohibet eam vſq; ad hebdomadã. Cõſuetudo aũt Aui.eſt intelligere per hebdomadam tempus digõnis, vt apparebit in cap̃ de cura emitritei:vult igiꝛ q̃ aqua citrinoꝝ, melonũ, cucumeruʒ:⁊ hꝫ nõ detur ſtante indigõne mãe. ℭ Sed ↄ̃. Quia Halyabas in p̃ncipio tertiane cõcedit aquã melonis indi. ℭ Amplius. In regimine acutaꝝ ad ĩfrigidationẽ dat Aui. aquã citrulli, aquã melonis ⁊ cucumeris : ſʒ extinctionis nec̃itas põt eſſe añ digõnẽ. ℭ Amplius. Aui.multotiẽs collaudat melonẽ, cucurbitã ⁊ cucumeres in tertiana feb.nõ determinãdo tp̃s digõnis. ℭ Amplius. In cura febris ſyncopalis minuta dat panẽ in aq̃ fructuũ:⁊ vꝫ intelligere de aq̃ melonum cucumerũ ⁊ malorum, que dicũtur poma:⁊ pirorum qd̃ apparet, qꝛ non intelligit q̃ panis detur cum aqua caſſia:nec cum aqua granatorum, ⁊ arancioꝝ:qꝛ iam dixerat de his ſtatim in illo capitulo. ℭ Amplius. Caſſius felix in cauſone multotiens ſe iuuat cum ſucco cucurbite. ℭ Dicamus ad hoc intentionẽ Auic̃.eſt q̃ aqua fructuũ idest melonis indi ⁊ cucumeris, ⁊ ſimilium, vt malorum.i.pomoꝝ ⁊ pirorum in feb.putridis hꝫ vtilitatem : qꝛ extinguit ⁊ in hoc eſt bona:⁊ quantum ad hoc dixit Auicen. q̃ melones indi:⁊ reliqua olera, vt cucurbita ⁊c̃. cõueniunt febri infrigidando. Sed quia aqua eoꝝ eſt corruptioni parata valde propter humidum aqueum aptum ebullitioni ⁊ putrefactioni:qꝛ a p̃prietate quaſi generat materias malignas, vt intelligitur ab auctoribus arabie oĩbus:iõ dixit te eẽ ſollicitum:vt poſtponas vſum eius vſq; ad hebdomadam.i. quouſq; digeſtio appareat in mã. ℭ Sed tu dices. Nõ minus erit corruptibilis iſta aqua fructuũ poſt digõnis ſigna q̃ʒ añ. ℭ Dõm q̃ iam facta digõne non eſt putredo ita augmentabilis, ſicut antequam non ſit facta:⁊ ẽt intelligitur, q̃ ſit facta mãe minoratio:⁊ ideo ſi opʒ te extinguere caliditatẽ ſecurius dabis aquã fructuũ poſt digõnẽ, ⁊ minorationem mãe.nã ante illud addit in putrefactione plus q̃ʒ poſt.

Ex quo apparet q̄ƀo aqua fructuū.i.aqua melonis ꝯsiat eis q̄ ꝯuenit mā̄e de minoratione.nā facit hoc frigiditate ingrossando illā:⁊ ꝓhibēdo eius euaporationē ꝯstrictio vijs. Scḋo q: addit mā̄e putridas:⁊ iō Aui.cū ꝯsiderauit aquā melonis indi nocere in hoc:q̄ ꝓhibet minorationē mā̄e:⁊ hoc nocumentū est magnū.fecit de aq̄ melonis.⁊ de alijs sibi silibus cañ.⁊ dixit. Sollicitudo sit vt postponat aqua fructuū.i.aqua melonū ⁊ cucumerū:⁊ reliquoꝝ dieꝝ vsq; ad hebdomadā ⁊c.⁊ tunc assignauit cām q̄re opȝ illā nullo mō dare:vel saltē postponere:q: oēs fructus.s.melones indi,cucumeres:⁊ hꝫ nocent febricitāti cum ebullitione ⁊c.i.q: bulliunt ⁊ corrūpūtur in stō. ¶ Cōsiderandum aūt,q̄ qñq; tanta necessitas pāīis extinctionis ⁊ acuitatis eboiere instat:q̄ ꝯsidimus fieri ꝑ hꝫ melones:q̄ icipimus cū eis:sicut fecit Halyab. Et cū toto hoc Halyab. ꝑmittit lenitionē vētris ante aquā melonis,vt apparet 3° sue practice cap̄ de cura tertiane:⁊ sic intelligant sermones Aui. infra. Si autē possumus cū alia re extinguere nō vtamur eis:aut postponamus:⁊ totū hoc intellexit Auer.colliget 7° q ponēs ordinē medicinarū infrigidātiū ꝑ ꝑmittit aquā ordei ⁊ iulep ⁊ syrupū cum zuccharo:⁊ aq̄ ro.ꝭm aliquos nouos medicos postea ponit succū cucurbite ⁊ melōis ⁊c. ⁊ hoc voluit Aui.cum dixit. Postponatur aq̄ fructuū:⁊ sis contentus aqua ordei. De aqua ordei infra multa discutiemus:ex quibus contraria cessant. Questio. IX.

Sed dubitatur nā īter hos fructus quos opȝ postponere noīasti poma: que apud nos hic cōiter vocātur mala ⁊ noīasti pira:sȝ h̄ nō cōcordat cū operātibus:q̄ cōiter dant poma cocta febricitantibus:qñ volunt attenuare dietam. ¶ Et nos dicimus:q̄ illa est dieta:in qua deuenerunt italici ꝓpter lasciuiā febricitantiū:poma.n.cocta.i.mala minus nociua sunt:q: euaporat ex decoctione ab eis humidū aquosum:per qḋ parabātur corruptioni:decoctio aūt eorum fit assando ⁊ elixando:vt Gal.inuit.⁊.alimentorū. Laudo aūt in febribus assata plusq̄ elixata intētione:q̄ ita sint remota magis ab ebullitione ⁊ corruptione. Sed intētione ifrigidationis ⁊ aquose humectationis:⁊ ꝭȝ hoc citioris descēsionis laudabiliora sunt illa:que in aqua coquunt. Diuersitatē antē istorum maloꝝ ⁊ piroꝝ in acetositate dulcedine ⁊ grossitie carniū eorū:⁊ subtilitate lege ab auctoribus:⁊ scies eligere,quod opȝ magis dare tuo febricitāti. ¶ Attendēdū est aūt q̄ sapientibus arabis apparuit,q̄ ex comestione pomoꝝ.i.maloꝝ magna accidit malitia:vñ Auer.colliget 5° postq̄ laudauit poma in cōfortādo cor ⁊c.dixit. Poma generāt grossam ventositatē in secūda digestione:⁊ tertia ita q̄ dictum est est a sapientibus q̄ pñt generare prisim ⁊ ethicam: ⁊ q̄ venti qui generātur ex eo hñt malam ꝓprietatem ⁊c.⁊ hic est sermo Raby Moy.2ª partic.affo.auctoritate filii Zoar Malū sui odore corroborat cor ⁊ cerebrū:⁊ eius odor est vtilis ptisicis ⁊ melācholicis:sed cibatio eius est peior omnium cibatione fructuum:q: sui spālitate ⁊ ꝓprietate generat vētositatē in neruo ⁊ in certo:que nō resoluitur nisi cum difficultate. ¶ Cōsiderandū autē q̄ qñ cogit necessitas ad vsum aque fructuū:⁊ hꝫ fructuū medicus dȝ conari corrigere eoꝝ malitiam cū decoctione:sicut coquimus cucurbitam in pasta ordei:⁊ cū cōmixtione aliarū rerum:sicut apparebit prudētie medici:⁊ ex his excusamur a remotione expositionū alioꝝ,qui non ferunt ad intentionem Aui.

¶ Et multotiens quidem inuenitur res:que digerit:⁊ subtiliat:⁊ infrigidat cum euacuatione sicut syrupus acetosus.

¶ Hic ostendit,q̄ aliquādo nō est hec cōtrarietas:q: reperitur aliquid,qḋ vtriq; pōt prodesse, vt syrupus acetosus infrigidat ⁊ digerit materias. ¶ Considerādū autem,q̄ p syru.acetosum debemus intelligere simplicē:qui fit ex aqua aceto ⁊ zuccharo:in quo est virtus infrigidans per aquā ⁊ acetum:⁊ virtus subtilians,per acetum:acetum enim diuidendo mām disponit euātioni,⁊ zuccharum abstergit:⁊ ideo dī q̄ euacuat:⁊ q: nos fecimus tractatum singularē in syrupo acetoso:vbi diximus de omni eius diuersitate:⁊ de omni mā in qua cōuenit:ideo non prosequimur plus de hoc. Sed tu cōiungas illum tractatum huic canoni.

¶ Et scias q̄ febris quandoq; est tante vehementie ⁊ acuitatis: q̄ non licet vti regimine cause:immo indiget infrigidatione vltima: et proprie cum non inuenis virtutem fortem resistentem tollerantem.

¶ Cum iam declarauit, quare medicus vertit se magis ad vnam intētionem q̄ ad aliam:q̄a est propter cōtrarietatē intentionum illarum exequendo illas.hic ostendit ad quā illarū duarū intentionū debet se cōuertere:⁊ȝ hoc generaliter dixerit in illo verbo. Obseruetur magis timorosa duarum rerū:⁊ ideo isti canoñ.declarant illum scȝ que intētio est magis timorosa:⁊ per ꝯsequens magis obseruanda: ⁊ primo ostendit quādo est q̄ medici intentio quādoq; vertitur ad partem feb.secūdo ostendit quādo vertitur ad partem materie.tertio addit cañ.sequentē ex his duobus cañ. ibi secunda.(Et si.) ibi tertia. (Quod si.) ¶ Cōsiderādū, q̄ primus cañ.est Gal.10.terapeu.in principio cū dicit. Si intolerabilis fuerit laborāti magnitudo feb.nō opȝ ꝑ ea ꝑ que causam abscindimus:augere feb.simul enim interimemus vtrūq; ⁊ febrem ⁊ hominē:⁊ hoc est qḋ dicit Aui. quandoq; febris est tanti:⁊ tam acuti caloris:q̄ si tu velles digerere cum calidis,vel prouocare,vel soluere ventrē cū calidis pauca additione facta in calore:perderet ifirmus. igitur infrigida vltime.i.forti ifrigidatione per potū aque frigide:vel alium potum extinguentem ⁊ per epithimata: si etiam non adderēt digestiua vel euacuatiua in gradu caloris:tamen cum illo gradu non posset perdurare vita tanto tempore:quanto requiritur ad operationem illā circa causam:expedit te infrigidare ⁊ dimittere regimen cause. ¶ Considerandum secundo,q̄ tunc medicus est certus:q̄ opȝ eū festinare ad infrigidandū:qñ nō inuenit infirmum fortē resistētē dissolutioni facte a vehemētia caloris febris:⁊ etiam qñ nō inuenit eum fortē tolerantē esse absq; cibo. Si enim medicus inueniret infirmum cū forti febre:sed inuenit eum fortem in pulsu resistentē dissolutioni:q: est homo grossoꝝ humoꝝ,densoꝝ poroꝝ.⁊ similiū dispositionū:⁊ inuenit eum tolerantē esse absq; cibo:q: fortis oris stomachi nō aptus syncopi,cōsuetus ieiunare,phlegmatice complexionis:nō curabit infrigidare infrigidatione vltima. Immo cum abscisione cibi intendet ad causam:⁊ vtetur iculibus extinctiuis:vel vtetur digestiuis,vel alijs ꝯuenientibus ad cām:⁊ ideo dixit Aui.⁊ proprie.i.ꝓprie tunc:cū non inuenies virtutem ⁊c. ¶ Dubitatur. Quia iste cañ.videt̄ cōtra Gal.10.terap.primo cap̄:vbi dicit primum predictorū s.sanare febrem,⁊ cōtemnere cām non laudamus. ¶ Dixit Franciscus de pedemōtiū q̄ Gal.vult q̄ nō intendatur ita ad vnum:quin intēdatur ad aliud. ¶ Hec solutio nō est ad intellectū Gal.q: hoc est tertium mēbrū sue diuisionis.s. intendere plus ad vnū:reliquū: autē non omittere. Alij cōiter dicunt,q̄ Gale.non laudat,q̄ medicus intendat ad dispositionē ⁊ augeat cām:vnde ex hoc augeatur dispositio.⁊ ideo dicit. Si enī quibuscūq; sanauerimus auxilijs id febris qḋ semper generatur.hec auxilia nobis augebūt cām,que facit eā ⁊c.hec expositio pōt saluari si intelligat̄ sic:q̄ medicus infrigidans febrem non debet infrigidare tum: aliquo:q̄ simul infrigidādo augeat putredinē:q̄a simul augēdo putredinē auget calorē febrilem:⁊ ideo quantum ex vna parte remittit de calore febrili: tantum ex alia

parte regeneratur de calore illo per putredinis augmētū: et hoc est qđ ibi subdit. Neq; interimemus etc. ℭ Sȝ tu dices: q̄ esset ista infrigidatio: q̄ hoc faceret. ℭ Dōm, q̄ hec esset cum aliquo frigido extrinseco oppilando, vt aqua frigida, vel intrinseco: vt aqua frigida bibita nō ſm̄ ratione. ex qua statim febris extingueretur: sed ꝯculcata multa mā statim post horā cōsurgeret in maiorem vel minorē putredinem: et hoc dixit 9° terap. 7° cap̄ vbi loquens de aqua frigida inconuenienter data dicit sic. Confestim quidem non paruam cōfert alleuiationē extinguēdo febrē iam demum natā: sed manente cā rursus aliā accendit febrē multotiēs difficiliorē priore. Hoc ergo vult Gal. Auicē. aūt vult q̄ tu extinguas vehemētiam febris nō taliter, q̄ augeatur ex hꝰ putredo. ℭ Nos autē diximus ibidem, q̄ Gal. noluit tam vile quid: sȝ sicut homo melioris iudicij in particularibus medicine aliquo fuerit: voluit intentionem curatiuam morbi fientis: scȝ febris comparare intentioni ad causam. s. cōtemnendo dispositionem et intentioni ad dispositionem cōtemnendo cām et q: in hoc prolongarem: omitto hic.

ℭ Quod si inuenis eam resistentem tolerantē: abscinde causam: et expelle humores: et abscinde cibū: et non infrigides infrigidatione: que prohibeat resolutionem.

ℭ Hic est can̄. scd̄s: in quo ostēdit q̄ q̄n̄q; medicus intentionem suā cōuertit ad cām. s. ad mām: et negligit feb. aut pax illi intendit. Cōsiderandū aūt q̄ intentio ad cām est digestio: et de hac tacuit dans intelligere, q̄ alia intētio est etiā euacuatio: et hec est duplex sensibiliter per ventrē, vel prouocationem: et hanc intellexit cum dixit, abscide cām: et expelle humorem: et occulta per resolutionē: et hanc expressit cum dixit, abscinde cibum. Si ergo inuenis virtutē fortem resistentem calori febrili: vnde infirmus non curat de eius mala sensibilitate et dissolōne ab eo, q: calor est debilis: vel q: infirmus est valde fortis: et inuenis eum tollerantē esse absq; cibo remanet super te: q̄ cures cura regulari. scilicet intendendo ad causam: et abscindendo eam etc.

ℭ Et non infrigides. quasi. d. et non dico, q̄ si febris est fortis, q̄ nullo modo infrigides: sed stantibus cōditionibus dictis nō cogeris infrigidare infrigidatione prohibente resolutionem materie: sicut est infrigidatio cū aqua frigida vel cum syrupo de papauere, et similibus.

ℭ Qđ si inuenis virtutē deficientē: sis occupatus in equando complexionem contrariam ei quare infrigida eam: et viuifica virtutem cū cibo. Cumq; fit fortis per viuificationem suam et vincit contrarium suum: redi ad causam.

ℭ Hic ponit tertiū can̄. qui oritur ex dictis. nā duabus positis intētionibus vna ad febrē, alia ad mām: et ostēsis ꝯtrarietatibus illarū: et q̄n̄ medicus ad vnā se determinat plus q̄ȝ ad aliā apparebit, q̄ indicatio sumpta a virtute multū ad hoc facit: pmus enim can̄. cōsiderauit febris vehementiam: et virtutē non fortē ad tollerandū. nec ad resistendū. secūdus vero can̄. cōsiderauit virtutem fortem resistentē et tollerātē. ergo tertius can̄. ꝯsiderat virtutē debilē: pro qua agimus totū, q̄ agimus pro qua infrigidamus: quia suus defectus pōt esse ex calore resoluente: et cibamus, q: defectus pōt esse ex resolutione et diminutione spūum et humorum a quātitate necessaria: et tūc fortifica virtutem per cibum: et hoc est qđ dicit. per viuificationē, et fortifica eā per alterationem caloris innaturalis: et hoc est qđ dicit, et vincit cōtrarium: et redi ad cām. s. digerendo et euacuando ſm̄ q̄ tibi videtur. ℭ Sed dubitat̄, in quo differt iste can̄. tertius et can̄. primus. ℭ Dicēdū q̄ ille can̄. sumitur principaliter a febris vehementia, et virtus coindicat. Sicut non potens plus tollerare: sed iste can̄. tertius sumitur ab ipso actuali casu virtutis. vnde dicit, deficientē: et forsan q̄ iste canon est idem qđ ille primus cōpletus, per hoc qđ dicit: redi. ℭ Cōsiderandum p̄, q̄ si dixisset Aui. viuifica virtutē cum cibo: quātis addas in calore: sicut cum damus vinum, recte dixisset: vt apparet. 12. terap̄. et 3° can̄. fen. 11. Sed tūc iste can̄. non fuisset de ordine can̄. hic ponendoꝝ, in q̄bus precipit̄ cura fundata in duabus intentionibus: vel altera earūȝ. s. ad mām et ad febrem: ꝓpter hoc dixit: infrigida eā. s. febrē vel eam. s. virtutē. i. corpus et q: viuificare virtutē actu deficientem nō potest fieri per cibū: et tūc actu euacuari: vel saltem nō fit cōuenienter: ideo non dicit: ista simul fieri: sed dixit, redi ad cām. ℭ Cōsiderandū secūdo, q̄ isti tres can̄. lȝ sint generales in curatione febrīū putridarū: non tamē habent alios can̄. spāles sub se: qui sint sciētiales: sed solū sunt extimatiui: nō enim iā modo egemus nisi istos can̄. applicare ad quācūq; febrem: et quācūq; causā eius: et ad quācūq; virtutē infirmi: et tūc indicare de quantitate virtutis et quātitate caloris febris: et scire ad quā opȝ te itēdere plus mēsura aūt hec nō est cognita per can̄. doctrinales, nec sciētiales: vt specialiter dixit Gal. in terapeu. ad Glauconē libro p̄. et gnāliter dixit hoc in libro de phlebothomia: et tertio libro de ingenio sanitatis: et ideo non expectes, q̄ Aui. in pticularibus capitulis reperiatur: ne determinet hos can̄. sed operatur: vel operationē ꝓcipit Aui. sub istis can̄. modo sub vno, modo sub alio: sicut modo vnam propositionē per extimatiuam suam sumpsit sub vno, modo sub alio: et ex hoc intellectu soluuntur multe contradictiones in can̄. particularibus non solum Auicen. sed aliorū auctoꝝ, ista tamen non sunt verba pro hoībus debilium capitum.

ℭ Et cum tu infrigidas de istis febribus: tunc non infrigides eam cum eo: in quo sunt stipticitas et exiccatio: sicut sunt trocisci infrigidantes: nisi post purgationem et euacuationem.

ℭ Et scias q̄ cura febris putride est diuersa a curatione febris ethice. Curatio enim ethice est contenta super contrarietatem egritudinis: et curatio febris putride non est contenta super contrarietatem egritudinis tantum: imo super abscisionē cause eius: quāuis illud quod est conueniens egritudini et cibationi sit amicum virtuti ex parte sui: scilicet virtutis: et inimicum virtuti ex parte: quoniam est amicus inimico eius: et est materia quare est adiuuans vtrunq; earum: quamobrem indigemus in regimine eius canone. Et nos singulare capitulum ei si deus voluerit faciemus.

ℭ Jam declarauit Auicen. duas intentiones curatiuas vniuersales in cura febrium putridarum: et ostendit quare est et quando est q̄ vertit medicus intentionē suā ad febrē: et quare et quando ad causam. hic ostendit qualiter, et cū quibus dicte intentiones fiunt: et primo ostendit cum quibus et qualiter fit infrigidatio: secundo cum quibus et qualiter fit euacuatio innuens de digestione: reuertens etiā ad ponendum can̄. quibus docet infrigidare. ibi secūda. (Et scias q̄ non est tibi possibile) ꝑma in duas. primo premittit can̄. secundo probat. ibi scd̄a. (Et scias.) ℭ Considerandū q̄ trocisci isti sunt troc. de rosis: de quibus in fine capituli dicetur: et trocisci de camphora et trocisci de berberis et de spodio: exiccando enim et stipticando retinent et ingrossant materias etiam si essent digeste: et ideo oportet materias esse digestas et euacuatas: et tunc est eorum vsus secu/

rus: infrigidant enim ⁊ reaggregant membra lesse ab euaporationibus siue naturalibus siue artificialibus precedentibus in febre: et si est aliquid materierum residuum illud consumitur ut dicemus in capitulis specialibus: ⁊ hoc est quod Auicen. probat per canonem qui sequitur, nam infrigidatio ethice posset fieri quibuscunque viis cum his tamen, quia cura eius est contenta super contrarietate egritudinis: sed in putrida oportet te intendere ad abscissionem cause. isti autem trocisci probibent abscindi eam: ⁊ tunc Auicen. extendit parumper sermonem suum, ⁊ vult, ꝙ non solum infrigidatiua stiptica nocent in feb. putrida ex parte materie. imo ꝙ cibatio ⁊ infrigidatio nocent in putrida febre habita consideratione ad materiam. nam infrigidatio figit materiam: ⁊ probibet solui. ⁊ cibatio etiam multiplicat materiam ⁊ hoc non est in ethica. Et hoc est quod dicit, ꝙ est conueniens egritudini. i. infrigidatio. ⁊ ꝙ est conueniens cibationi. i. cibi exhibitioni: quamuis sit amicum virtuti: quia infrigidatio rectificat complexionem: quia virtus confortatur ⁊ cibatio auget spiritus ⁊ humores: quibus confortatur virtus ex parte sui. s. virtutis. i. virtuti secundum se. est tamen inimicum virtuti ex parte: quoniam est amicum inimico eius. ⁊ est inimicus virtutis materia quare adiuuat. s. infrigidatio ⁊ cibatio vtraque communes: scilicet virtutem ⁊ materiam. ergo indigemus canone secundum in cibatione febricitantium: vt faciamus illam cibationem quanto magis possumus absque nocumento: ⁊ hec est sententia illius afforismi. 7. particule. Cibum quem accipiunt febricitantes sanis est virtus ⁊c. exponendo illum secundum nostram expositionem: ⁊ non sicut Gal. qui illum affo. male intellexit cum aliis sequentibus ibi. Questio. X.

Dubitauimus hic an zuccarum rosaceum competat in principio febrium putridarum. ¶ Videtur ꝙ sic, quia omnes medici communiter dant infundentes illud in aqua frigida. ¶ Amplius. In capitulo de cura flegmatice a principio ante septem dies dat Gal. infra geleniabin quod est conditum de rosis: ⁊ hoc est zuccharum ros. vel mel ros. ¶ Amplius. Rasis. 16. continentis cum loquitur de almelilotu concedit zuccharum ros. ergo multo magis in principio febris. ¶ Amplius. Ipsum confortat stomachum vt Mesue in antidotario. ¶ Amplius. Quinto can. trac. 7. dicit ꝙ iuuat ad feb. ¶ Amplius. In frigidando confert ⁊ leniendo per ros. s. soluendo ventrem. hoc enim facit rosa vt sumitur a Mesue cap. de rosa ⁊ ab aliis. ¶ In contrarium hic Auicen. Non infrigides cum eo in quo est stipticitas ⁊ exiccatio: sed in zucchario ros. sunt ista ratione rosarum. ¶ Item Rasis. 3. trac. Almansoris loquens de zuccharo ros. dicit. Qui patiuntur calorem ⁊ ardorem nullo modo comedere debent maxime si estas fuerit ⁊ calefacit enim ⁊ sitim affert: licet Simon ianuensis dicat ꝙ translator errauit: quia loquitur Ras. de melle rosa. ¶ Dicendum primo ꝙ premisso quid sit zuccharum ros. ⁊ est conditum ex rosis recentibus ⁊ zuccharo compositis adinuicem: ⁊ decoctis ad solem non ad ignem: vt multi aromatarii faciunt: ⁊ cum sem dicimus super lib. 5°. 2° ꝙ virtus zucc. rosa. est frigida infra primum gradum ⁊ sicca in primo vel plus parum: rosa enim ponitur communiter frigida in primo gradu, ⁊ sicca in secundo gradu: ⁊ de zuccharo autem est discordia: an sit temperatum vel calidum in primo ore an sit humidum parum, an siccum in primo: remanet igitur ꝙ zuccharum ros. sit vel quasi temperatum vel frigidum parum: ⁊ ꝙ sit siccum. cadit autem in hoc diuersitas secundum rosas albas vel rubeas: ⁊ secundum modum zucchari albi vel rubei: sed virtus zucchari ros. est aliqualiter stiptica: ⁊ cum hoc etiam aliqualiter abstersiua. ¶ Dico ꝙ in nulla feb. fortis inflammationis, vt est feb. cholerica conuenit zuccharum ros. ratione primo: quia non est proportionatum extinguens. 2°. ꝙ inflammatur in eis. nam si aqua cucumeris in eis inflammatur quanto magis vt in quinto colliget. ergo multo plus zuccharum ros. Et si tu diceres, dabo cum multa aqua frigida. Dicimus ꝙ illa est operatio aque. Dico etiam generaliter ꝙ in febribus putridis a principio ante digestionem ⁊ euacuationem non competit quantum ad duas generales intentiones: ⁊ primo non ad infrigidandum: quod apparet: quia Auic. docet infrigidare cum aqua ordei. cum syru. violato cum syru. acetoso: ⁊ quandoque vt ibi non est materia cum aqua melonis. nihil autem de zuccharo ros. dicit, imo etiam nec de syrupo ros. dicit. ¶ Amplius. Halyabbas tertio pra. cap. de regimine febricitantium per victum enumerat multos potus. ⁊ nihil de zuccharo ros. vel syrupo ros. dicit. ¶ Amplius. Rasis in diuisionibus capitulo de febribus compositis non primo, sed secundo procedit ad zuccharum ros. ¶ Amplius Auerro. 7. colliget non multum laudat syrupum ex zuccharo ⁊ aqua ros. quo vtebantur suo tempore quidam noui medici: ⁊ non laudat propter stipticitatem aque ro. ergo multo minus vbi est substantia ⁊ corpus rose: nec etiam competit zuccharum ros. quantum ad secundam intentionem, que est materie euacuatio: quia a principio non debet fieri euacuatio cum re, que succedat cum stipticitate ⁊ exiccatione. vnde prohibetur mirabolani: vt post apparebit. ⁊ ideo Aui. precepit hic ꝙ etiam non infrigides cum re, que stipticet. ¶ Ex quibus potest formari ratio hec in principio febrium non competit infrigidatio cum re, que materias coarctet sui stipticitate. vnde etiam probibetur absinthium vt infra capitulo de emitriteo: hoc autem facit zuccharum ro. vt ex dictis patet. Et potest hoc confirmari ex dictis Mes. qui vult ꝙ zuccharum ros. coarctet materias in pectore vt apparet capitulo de cura ptisis, nisi velles pertrulendo dicere, ꝙ zucchari ros. virtus stiptica vadit ad pulmonem, ⁊ pariter abstersiua. Et ego dicam ꝙ contrarium est. vel quod non est quod tu dicis. Nos autem inuenimus per experientiam, ꝙ etiam abstersiua eius vadit: sed vincit virtus stiptica ⁊ plus in antiquo. Ego autem non laudo vsum zucchari ros. nec noui nec antiqui: ⁊ prop. te enim qui in principio feb. nec ante digestionem: ⁊ euacuationes ad duas intentiones generales dictas. Dico tamen ꝙ potest competere gratia alicuius intentionis specialis: que est stomachi confortatio ⁊ abstersio aliqua, qua indigemus in febre flegmatica: ⁊ tunc est melius ꝙ sit mellinum: nisi aliud quod prohibeat: ⁊ misceatur cum aliis medicinis secundum ꝙ tibi videtur: competit etiam magis in finibus febrium. ⁊ sic tolluntur contrarietates. ¶ Ad Rasim dicendum, ꝙ loquitur de almeililotu quadam, que accidit in fine febrium. vel loquitur de illa: in qua possunt concedi mirabolani: sed hi non conceduntur in principio febrium putridarum: vt notum est: ⁊ post apparebit.

¶ Et scias quod non est tibi possibile curare febrem: nisi cognoueris eam.

¶ Jam posuit can. in curatione febris putride quantum ad intentionem, que est infrigidatio, que est intentio ad dispositionem. hic ponit can. quibus intendit ad materiam: licet concurrat in eis quandoque intentio ad dispositionem. Et primo ponit can. quibus intendit ad materiam cum pluribus: quorum si medicus operetur in principio: facit communem minorationem que dicitur exiccatio, ⁊ operatio cum illis can. est magis in principio febrium. 2° redit ad complementum can. in infrigidatione. 3° ponit can. quibus intendit ad materiam magis in processu: licet ex consequentia preponat etiam can. quibus in principio. ibi secunda. (Et non probibeas ei aquam frigidam) ibi 3ª. (Et cum administraueris can. predictos.) Prima in duas primo ostendit quid expedit volenti curare febrem. secundo prosequitur cum can. quibus intendit ad materiam euacuando ⁊ digerendo. ibi secunda. (Quod si ignoraueris.) ¶ Considerandum ꝙ licet nulla cura possit fieri propria febre ignorata maxime tamen intelligit de cura, que est per abscissionem cause, que est vera cura febrium putridarum. ⁊ ideo hic can. cadit hic. ignorantia autem de febre: de qua hic

loquitur:non est ignorantia de ea t q sit febris nec q sit febris putrida: qa iã psupponit te eam cognoscere gnaliter. Sed est ignorantia de mõ cãe:an fit de summa colericarũ vel flegmaticarũ ꝛc. nõ eni de hoc est scia habita nisi psusa. ꝛ sic ponit iste cañ. 16. ptinẽtis. ¶ Cuz aũt medicus cognoscit: q febris est putrida vel humoralis: sed nescit distincte a qua cã fit: nõ põt recte curare. scz ppria cura illi febri: qa cura erit pprie per res: que respiciũt illã mãm. ꝛ ideo bene precipit Gal. primo de febribus ad Glauconẽ. ꝛ primo regiminis acuto. prius esse intendendum ad cognoscendum egritudinem: que sit in causa. ꝛ postea ad medicandum.

¶ Quod si ignoraueris tunc subtilia regimen.

¶ Hic psequitur cañ. quibus intendit ad mãm febris ꝛ primo ponit cañ. qbus intendit ad mãm intentiõe magis generali: ꝛ indeterminate. scdo ponit cañ. qbus intẽdit ad illã determinate magis. ibi 2°. (Et os.) Primi cañ. sunt tres. Primus ẽ pntinuus ei q pcessit: ꝛ vult q nõ pcedas cũ digestiuis ꝛ euacuatiuis: ꝛ in summa cũ rebus: que determinate respiciũt cãz fe. qa nõ est tibi hoc possibile: nisi cognoueris cãm: ꝛ qa aliquis diceret quid faceres interim. respondet: q subtiliat regimen. ¶ Causam huius qdã dicunt esse: qa cũ incognita fuerit egritudo: preceptũ est q relinquat nã: qr aut eam curabit: aut eã tibi manifestabit: vt pmo lib. fen. 4 sed nãe dimittitur: quãdo nã potest vacare egritudini. ꝛ nõ impedit a cibo. ¶ Aliter dicunt quidam: ꝛ ego etiam hoc alias dixi: q in hac febre incognita sumitur indicatio sm q est morbus: qui non indicat cibationem: vt infra. ꝛ pmo re. acu. ¶ Nos autez dicamus aliter ꝛ maturius: q febres ignorate in sua causa sunt: que non habent accidẽtia vehementia: nec in tactu: nec i exeuntibus: nec i pulsu: sed remissa de quorum accidentiũ remissione sumus in ambiguo: an sit pter paucitatem: ꝛ benignitatem materie: que incipit putrefieri. ꝛ cuz hoc ambigimus: an plus lateat de materia: de qua suspicamur. verbi gratia. qa fuit mali regiminis: ꝛ in tali fe. cõpetit subtiliare regimẽ: an sit pter grossitiẽ materie: qua febris ista erit de prolixis: ꝛ etiã in principio cõuenit subtiliare stante ambiguitate. Cum enim transierit dies. si verum est: q mã sit grossa. ꝛ febris plixa poterit reingrossare regimen: sicut apparebit capitulo de febre phlegmatica. ¶ Sed dubitat q est illud subtile regimen. incipiam ne cum ptisana: vel farre: vel pulla parua. Item quot diebus sto in illo regimine. ¶ Dicendũ q in hoc certus nõ potest dari cañ. sed relinquitur tue extimationi. precipit autẽ Rasis. 16. cõtinentis secundo cap. q stetur quattuor diebus. ¶ Considerandum etiam: q ipse cañ. est quo intendit medicus ad materiam per cibi minorationẽ: quia cognoscit mãm ꝛ non cognoscit quã: ideo nõ intendit ad illã cum determinata re. Sed cum eo: quo prohibet mã augeri: ꝛ est subtiliatio regiminis: ꝛ nihil aliud facias: qõ sit appropriatũ: sed cognita febre: licet subtilies regimen tamẽ cum hoc alia facis. dico autem q sit appropriatum: qa cum subtiliatione regiminis potes vti aliquibus clisterijs. si expedit: ꝛ similibus leuibus: ꝛ cõmunibus remedijs.

¶ Et prouide ne occurrat paroxismo nisi ventrem habeat vacuum.

¶ Hic est cañ. secundus: in quo vult q paroxismus occurrat ventri vacuo idest stomacho vacuo a cibo: ꝛ de hoc dicetur in sequenti capitulo: ꝛ vel vacuis intestinis a fecibus: ꝛ hoc ne calor febrilis eleuet malos vapores ab eis: ꝛ addat in materia: ꝛ in corruptione eius.

putridis: ⁊ iste sunt que non reperiuntur in omni febricitante febre putrida: sed contingit in aliquo reperiri. verbi gratia. ꝙ in aliqua febre putrida: vel cholerica: vel flegmatica vel melancholica aliquis humor cholericus mouetur ad os stomachi: vel aliqua mã flegmatica bulliendo inflãmet ⁊ ascendat etiã ad stomachum: vel isti humores prorũpãt ad intestina: ⁊ multos alios modos particulares materierum inuenire poteris ſm omnes tres modos materierum dictarũ: qui modi pticulares materierũ erunt contingẽter coniuncti febri putride: licet isti sint manifestius apparentes ſm stomachũ: ⁊ intestina: ⁊ tu considera. ¶ Cũ ergo iã apparuit nobis: ꝙ sunt alique materie: que necessario cõiunguntur in febribus putridis: quãuis nõ sint cause antecedentes necessario: nec cause cõiuncte: ⁊ relique etiã: que contingenter coniunguntur. Dicamus ꝙ euacuatio istarũ materierũ posito pro possibili: ꝙ ex toto euacuarentur: nõ debet dici vere euacuatio eradicatiua: qꝛ non eradicat ex hoc febris. Posito. n. pro possibili: qđ est impossibile: ꝙ totum corruptũ vel permutatum circa intestina tolleretur: ⁊ tota sanguinis infectio pendẽs a vaporatione putrida tolleretur etiã si totum illud aquosum siue serosum ⁊ vnctuosum infectũ euacuaretur: ꝙ totus vapor malus sparsus in ambitu corporis trãspiratione tolleretur: ⁊ solus humor putridus: ⁊ vapor solus: q cor attingit: remaneret: adhuc iste esset febriens feb. putrida. igiť minoratio istarum materierum infectarũ nõ oꝫ dici euacuatio minoratiua ꝓpter qꝛ nõ est minoratio proprie materiei feb. sed est minoratio materierũ cõmuniter necessario coniunctarũ febribus putridis: vel contingenter. ⁊ ideo proprius nomẽ est corporis exiccatio. Et ideo Auicẽ. vocauit eã minorationẽ ⁊ exiccationem. i. minorationẽ: que est quedã exiccatio. Et videtur ꝙ apud arabes vocabula hec simul iuncta. s. minoratio ⁊ exiccatio significãt istã euacuationem minoratiuã istarum materierum coniunctarũ febribus necessario vel contingẽter. Ego autem solebã vocare istã euacuationem cõmunem ad differẽtiã minoratiue proprie: que minorat appropriatam mãm febri putride: ⁊ voco istã euacuationem cõem: qꝛ est euacuatio materierũ cõiter cõiunctarũ oĩbus feb. putridis. In oĩbus. n. putridis reperiunť ille mãe trium modorum: ⁊ cõtingit repiri materias cõtingenter cõiũctas: lꝫ in hoc sit multa diuersitas ſm diuersitatẽ putride febris: vt diximus: ⁊ ſm corporis diuersitatem. ¶ His distĩctionibus ⁊ cõsequentibus ex eis ꝓmissis ponamus nouẽ ꝓpositiones. Prima est ꝙ. Quousqꝫ stat feb. pu. stat intentio expugnationis harũ materierũ. Ratio qꝛ quousqꝫ stat febris pu. cõtinuo he materie reperiunť: que aggrauãt ⁊ impediũt virtutem. ergo stat medici intẽtio ad eas. ¶ Scḋa ꝓpositio ẽ. Euacuatio est minoratio materierũ intestinalium ⁊ ꝓpinquarũ illis est cũ lenitione vẽtris ſm quã intẽtionẽ clysteria sunt magis dilecta: euacuatio materierũ aquosarũ infectarum in venis est per vrinã: ⁊ cũ hoc possunt etiã sudore educi. euacuatio vaporosarũ est per trãspiratione. s. pororum rarificationem: qđ etiã faciunt medicine sudatiue. ¶ Cõtra. ergo in ethica ⁊ in habẽte effi. essent he intẽtiones: ⁊ possemus dare has medicinas ⁊ opari cũ eis. ¶ Dõm ꝙ tales corruptiones materierũ nõ sic hñt in effi. ⁊ ethicis: sicut in putrida ꝓpter multas esse putredines: ⁊ cõcesso ꝙ in ethico esset infectio aquositatis ⁊ vnctuositatis sanguinis talis qualis est in habẽte putredinẽ: ⁊ in vtrisqꝫ eade cõsurgeret ratio vel intẽtio cõtrarietatis: tñ nõ sic potest fieri apte prouocatio ⁊ sudatio in ethico: sicut in hñte putredinẽ: timo timeremus illud in eis timore exiccationis. ¶ Tertia ꝓpositio. Si medicus agat in ꝓn° aduẽtus feb. putride cum ꝑdictis quatuor cañ. euacuat materias: que necessario vel contingenter cõiunguntur feb. ratio appet ex dictis: qꝛ euacuat materias illas intestinales: aut aquosas: aut vaporosas: ⁊ intelligo per principiũ vnum de quatuor tẽporibus morbi: in quo mã est cruda: vel occulte hꝫ aliquã digẽstionem: vt in fine principij. ¶ Quarta ꝓpositio. Cõtingit medicũ in ꝓn° febris putride euacuãtẽ per flobothomiã vt ꝑcipit primus cañ. euacuare mãm cõtingẽter complicatã illi febri putride: ⁊ non aliã. Ratio aliqs sit hñs febrẽ putridã ex aliquo ãpate. verbi gratia. cholerico vel flegmatico: ⁊ totius corporis habitudo sit repleta sanguine: que nõ cõpeteret huic ãpati. vt cã cõiuncta: nec vt ãñs: ⁊ tñ inflãmatur iste sanguis ⁊ aggrauat: ita ꝙ nõ ꝑmittit nãm vacare regimini ãpatis. tũc phlebothomamus ⁊ minuimus de illo sanguine: ⁊ siľr imaginabile est in aliqua febre putrida de alio humore a sanguine nõ ãpante: in qua facimus qñqꝫ flõmiã nõ ꝓpter illũ humorẽ euacuãdũ nec minorãdũ. Sed ad minorãduꝫ superfluũ sanguinẽ: quẽ superfluũ cõtingit reperiri cũ illa febre putrida. ⁊ ideo phlebothomia facta nulla pars putridi humoris. verbi gratia. cholere: nec ⁊ cholera: que necessario est cã antecedẽs euacuabiť: vľ pone ꝙ nõ euacueť: tñ flõmia est bñ facta. ¶ Et si tu di. imo cholera ex hoc fureret. ¶ Dõm ꝙ nõ est veruꝫ in casu nr̃o: qꝛ ꝑsupponimus repletionẽ superfluã sanguinis. vñ flõmia euacuat a quãtitate suꝑflua ⁊ nõ a quãtitate necessaria siue iuuatiua: ⁊ posset dici ꝙ aliqñ plus eligeremus alicuius cholere furiã qꝫ nocumẽtuꝫ: qđ sequi posset ex flõmie dimissione. ¶ Quinta ꝓpositio est. Medicus euacuãs febrientẽ febre putrida in ꝓncipio cum quatuor cañ. añ dictis nõ euãt per se euõne vere minoratiua: que abscindat de cã cõiũcta siue de cã necessario añte. Rõ ꝓma sumiť ex tẽpore in quo fit ista actio: qꝛ fit in ꝓn° cũ mã est indigesta: sed cũ mã est indigesta non euãtur regulariter: nec minoratiue materia minoratione: q partem notabilem de humore crudo euacuet: nec eradicatiue: tamen tam totum qꝫ pars sit euacuationi inobediens: ⁊ hoc est: qđ dixit. Sit vltimitas lenificatio nõ fluxus: nec euacuatio laboriosa. i. non euacuatio vere minoratiua nec vere eradicatiua. Secunda ratio: qꝛ ista euacuatio non fit cum medicinis: que appropriantur humoribus: sed indifferenter euacuant: cui obuiãt: qđ sit educibile faciliter: qđ apparet discurrendo per cañ. nam linitio cuꝫ clysterijs: vel aqua ordei: vel syrupo viola. vel mãna: vel simplicibus: vľ cõmixtis est euacuatio lenitiua non appropriata ad mãm ⁊ talis lenitio potest fieri in omni febre. vnde in flegmatica ⁊ cholerica possumus intestina lenire cuꝫ aqua or. ⁊ cũ mãna. Similiter prouocatio cum radice apij nõ est appropriata vni humori in euacuando per vrinam: sed vt subtile aquosum faciat precipitare in vias vrine in quacũqꝫ febre detur. Similiter rarificatiuum pororum cum oleo camomille facit trãspirare vapores cuiuscũqꝫ febris: nec etiam euacuat determinatum humorem: qui est cã cõiuncta. Similiter prouocatio vomitus cum aqua cali. vel syrupo acetoso non euacuat per se mãm appropriatã. ¶ Contra predicta primo: qꝛ mãna euacuat cholerã a proprietate. s. dissoluẽdo. ¶ Amplius. Viola euãt cholerã a proprietate. s. dissoluendo. vt Mes. in cap. de violis. ⁊ per consequens syrupus vio. ¶ Contra ſm dictum. Prouocatio cum radicibus apij appropriatur humoribus frigidis: sicut prouocatio cum seminibus appropriatur humoribus calidis. ¶ Ad primum dicendum: ꝙ mãna cassia ⁊ syrupus vio. dãtur hic solum vt lenitiua non vt euãtiua ex proprietate: ⁊ dabit medicus taliter istas medicinas: ꝙ solum leniãt: ⁊ non soluent a proprietate: quãuis in eis sit aliq̃ proprietas soluendi. verbi gr̃a. si datur mãna in quãtitate vncie vnius ⁊ vigoretur cum deco. hyssopi: euãbit cholerã ex soluẽdo cum hoc debiliter. Sed si dabo de ea vnciã mediã cum aq̃ ordei vel syrupo violato soluꝫ lenificabit. vnde dixit Auicen. cum siracost pauco: ⁊ sic de cassia dicimus: sic etiã de syrupo vio. preter hoc syrupus vio. debet esse de violis recentibus ⁊ non siccis: in sicca enim viola. est aliqua virtus euacuatiua dissoluẽdo: qꝛ cõsumpto humido manifestatur

De viola ⁊ syrupo violato: ꝙ sunt lenitiui ⁊ solutiui.

eius caliditas ꝛ amaritudo. vnde hꝫ virtutē eūandi exsol/
uendo aquam. vt scribit Mesue caplo de violis. ¶ Sed
tu. Omnis syrupus violatus eūabit dissoluendo: qꝛ humi/
dum violarū tā per decoctionē q̄ȝ per morā erit cōsumptū.
¶ Dicendum ꝙ syrupus viol. factus de violis recentibus
est lenitiuꝰ: q̄ȝ factus de violis siccis. ꝛ factus de violis
siccis est euacuās plus exsoluendo q̄ȝ factus de recētibus:
qꝛ iȝ decoctio ꝛ mora consumāt de humiditate violarum:
nihilominus reseruat̄ tāta: que sufficit ad lenificationem.
vnde dicemus ꝙ cum fit syrupus vio. de violis recētibus
non fit cōsumptio omnino humiditatis lubricātis: imo fit
illius quātū ad pteȝ notabilē digō ꝛ trāsumptio in zuccha
ro ꝛ aqua ꝛ cum illis conseruatur. ¶ Ad 2m dico: ꝙ syru/
pis prouocatiuis: quibus vtitur Auic. nō vtitur ad prouo
cāduȝ per vrinā vel sudorem mām hāc vel illā: que est cau/
sa coniuncta: vel necessario añcedens putride febris. vñ nō
vult in principio cholerice febris mā existente cruda dare
ꝙ prouocat cholerā: nec in febre flegmatica dare ꝙ prouo
cet per vrinā: vel per sudorem flegma: vel ꝯsilr: nec in melā
cholica. rō qꝛ iste māe in pnͦ cum sunt indigeste: sicut sunt
inobediētes eūoni p vētrē: ita ēt per vrinā: sed vtit̄ Auicē.
in principio his prouocatiuis ad duas intētiones. Una est
eductio per vrinā: vel sudorē illius materiei aquose siue se/
rose: que cōiter in febricitātibus feb. putrida inuenit̄. Nec
ista in eūone per vrinā indiget digōne: qꝛ de se ē apta eūari
inde: ac ēt per sudorē. vnde videmus ēt nāni frequenter su/
dores mouere in febricitātibus multos: qui nō sunt de mā
propria feb. ꝛ cum vrina etiā debemus credere eūari illud
aquosum infectum: qđ est cum vrina ipsa precipitabile sed
plus. Alia intentio est digestio māe. ꝛ iō in flegmatica vti/
tur radice apij: sed in cholerica seminibus cōibus vel deco
ctione endiuie: nō ꝙ ppter hoc velit appropriatum vrina/
tiuū appropriare māe: sed vult appropriare digestiuū. Cū
sūt vellet appropriare vrinatiuū: ꝙ erit iā facta digestiōe.
tunc si in flegmatica dedit in pnͦ pro digōne ꝛ minoratiōe
materiei aquose cōis radicem apij cū syrupo acetoso dabit
facta digestione ad minorāduȝ mām propriā. s. flegmaticā
digestā. syrupum de. v. radicibus: qui est fortior. Et in ter/
tiana dederit in principio aliquid de endiuie aq̄ ꝛ dabit di/
gesta mā aliquid de seminibus cōibus. s. earuȝ emulsionē.
Illud autem qđ mihi semper fuit dubium est: an sicut inue/
nimus medicinas soluentes per vētrem ꝛ quas damus di/
gestis materiebus: ꝛ he euacuāt cholerā vt scamonea. he
ꝯo flegma. he ꝯo melācholiam: ita sint diuerse medicine
prouocātes per vrinā materias digestas: vt he appropriē/
tur a forma specifica flegmati. he melācholie. he cholere.
non. n. inuenimus hoc ample dictū ab auctoribus. ¶ Se/
xta propositio: cōtingens est: ꝙ in principio feb. putridarū
per has eūones factas sm̄ hos cañ. eūetur aliqua mā hu/
moralis: que est humor proprius ꝛ qui potuisset esse causa
coniuncta vera: vel añs illius feb. ratio in principio alicu/
ius febris putride cholerice cōtingit aliquā partē cholere
pelli ad stomachū vel ad intestina: que cholera fuit de cho
lera mota ad putredinem: vel fuit talis: ꝙ si remāsisset re/
cepisset putredinem: ꝛ sic imaginabile est per vrināȝ posse
euacuari: ꝛ per sudorem. ¶ Sed tu di. si nā mouet aliquā/
do has materias in principio ante digestionem: ꝛ bene fa/
cit: quare etiā medicus non moueret. ¶ Dicendū ꝙ medi/
cus non pōt eas ita distinguere ꝛ separe sine nocumento: si/
cut facit nā: nec eas ita cognoscit. Quid autēȝ fit de eūone
proprie materie febris fiendum: vel non in principio dice/
tur post. ¶ Septima propositio: cōtingēs est ꝛ raro ꝛ in fe
bribus quibusdā putridis extranei modi: ꝙ medico agēte
in principio cum aliquo de cañ. q̄tuor totā cām coniunctā
febris abscindit: ꝛ liberat infirmū. verbi grā. sit feb. putri/
da a vermibus in intestinis: vel a putrida fece: vl̄ chilo pu/
trido: vel aliquo humore putrido natante ꝛ applicato non

imbibito. exhibitio solius lenitiui vel leuis vomitiui pote
rit istum liberare ab hac feb. Et has febres dignius est re/
ponere in summa febrium putridarum: vt alias diximus.
Ex his omnibus apparet ꝙ medicus procedens cum qua
tuor cañ. dictis in principio febrium putridarum non mi/
norat: nec eūat de mā propria febris: nisi quandoqȝ accidē/
taliter. ¶ Octaua ꝑpositio est: ꝙ quātitas harū lenitionū
ꝛ prouocationum ꝛ rarificationū pororū quātū ad tp̄s cō/
tinuationis: ꝛ quātum ad virtutē rerum: cum q̄bus fit: est
de opere extimationis medici. ¶ Nona propō est. si medi/
cus cum dictis q̄tuor cañ. ꝛ dictis rebus: quibus vtebatur
in principio procedat in ꝓcessu digesta mā. Contingit ali/
quādo eūari mām propriā febris: non ꝙ ista habeāt vim
illius euacuatiuā: sed qꝛ mā facta apta euacuationi leui in/
citatione facta quādoqȝ eūatur virtute mouēte. ¶ Ex his
cessent contraria. ¶ Ad primū cū di ꝙ oēs isti sunt cañ. in
eūone fienda. ¶ Dicendum ꝙ verum est in eūatione māe/
rum illarū cōiter cōmixtarū feb. s. quatuor cañ. ꝛ primus
cañ. etiaȝ q̄nqȝ in casu supra posito: ꝛ sic apparet ad scōm.
¶ Ad argumentum scōm contrarie partis cum dicitur ꝙ
cañ. prouocationis vrine non est ad prouocādum vrinā ꝛc.
¶ Dicendum ꝙ verum est: ꝙ non est ad prouocādum vri/
nam appropriate: sed ad expellendum communem aquo/
sitatem: ꝛ virulentiam venarum: que proportionatur feci
prime digestionis quodāmodo.

¶ Et prohibe eum a somno in principijs febriū
proprie quando est horripilatio: aut frigus ꝛ
rigor: quoniam prolongatur super eum frigus
ꝛ rigor: ipsa nāqȝ exprimūt materias: si fuerint
euntes ad quedam viscera: ꝛ prohibent dige/
stionem humorum. Apud declinationem ve/
ro ē iuuatiuus valde: ꝛ fortasse nō nocet apud
statum.

¶ Hic est cañ. quo medicus vertit suam intentionē ad ma/
teriam: vt resoluatur ꝛ prohibeatur prohibens resolōneȝ.

¶ Questio. XVIII.

Dubitatur vtrum somnus noceat in pncipio pa/
roxismi: videtur ꝙ non per textum in/
fra Fen 2a. capitulo de signis ex somno. ¶ Amplius. In re
gimine rigoris Auicen. administrat medicinas: que som/
num inducunt.

¶ Questio. XIX.

Dubitatur 2o an iuuet in declinatione paroxismi:
videtur ꝙ non: quia somnus materias
mouet intus: ꝛ prohibet eas a resolutione: que debet fieri
in declinatione.

¶ Questio. XX.

Dubitatur 3o. an in statu iuuet: videtur ꝙ nō: imo
noceat per Auicen. Fen scđa huius li/
bri: vbi dicit. In statu paroxismorum somnus est deterior.

¶ Questio. XXI.

Dubitatur 4o. an hec dicta verificētur de tempo/
ribus vniuersalibus febris: sicut de tē/
poribus pticularibus poxismi. Hoc quesitū eēt nimis plō/
gādum: sed qꝛ multa diximus super isto. pͦ 2e pticule. hic
abbreuiabimus. ¶ Et dicemus: ꝙ in principijs poxismo/
rum. ꝛ proprie q̄ñ est typus: q signat calidū intus: ꝛ suffoca/
ri nō cōuenit somnus regulariter. Rō est multiplex: quam
ponit in isa prima. naȝ ex somno isti typi. i. frigus ꝛ rigor
prolongātur: qꝛ nō permittit calidū occupare materias: ꝛ
expādi: qua occupatione ꝛ expāsione cessat frigus ꝛ rigor.
Scđa cā est nāqȝ ipse. i. somnus ꝛ hi rigores in pnͦ poxis/
mi exprimunt materias ad quedam viscera. scȝ apata: vel
apta apari. vnde est cā augmenti illorū apatū: ꝛ hoc est qđ
dicit. Si fuerint euntes. i. si isti humores sint currentes ꝛ
mobiles ad illa viscera: ꝛ hoc qꝛ illa sint apata. Et hec est

intentio Gal. afo. pdictor ⁊ est textus Rasis. 16. côtinêtis. vltimo caplo. Tertia causa est: quia somnus in principio paroxismi prohibet digestionem. Ratio est: q2 nô permittit calidû expandi in materia: imo suffocat eû sub ea. ℭ Dicêdum tamen ꝙ in pncipio paroxismi coacti aliquâdo concedimus somnu3: ⁊ hoc in corporibus multe sensibilitatis in musculis: ⁊ propîe si cû hoc materia est subtilis ⁊ acutissima: que ex nocumento rigoris sunt in periculo. vnde ad se vertit curâ: ⁊ sic soluuntur duo: que côtra hanc conclusionê adducûtur. ℭ Dicamus scdo. ꝙ in declinatione virtus est debilis per resolutionê: ⁊ materia est paucificata: ⁊ ex somno fortificatur calor naturalis: ⁊ ideo paucû quod remâsit de materia expellitur: vel cû sudore: vel insensibili euaporatione. ℭ Ad rationem contrariam cum dicitur: ꝙ somnus prohibet materiâ a resolutione. Dicendû ꝙ per se hoc est verû trahendo intus calidû: sed confortando virtute3 eius est iuuamentû.

Ad scdm

Ad tertiu

ℭ Dicamus 3°. ꝙ de conferentia soni in statu paroxismorû sunt sermones ambigui ⁊ varij. Auic. eni3 hic dubitatiue loquitur cû dicit: ⁊ fortasse non nocet apud statum. ℭ Rasis vero. 16. continentis. vlti. cap. dicit. Somnus qui fit in statu paroxismi côferens erit. Auicê. vo ifra Fen. scda loquens de somno dicit totu3 illud in statu paroxismor febris est deterius. ℭ Sed Conciliator differentia 108. conatur sedare contradictionem per hoc: ꝙ accipit status finem ⁊ pncipiû: ⁊ vult ꝙ est deterius somnus in principio status: sed in fine status iuuat. ℭ Dynus vo ⁊ nos cu3 eo quâdoq3 diximus: ꝙ somnus in statu paroxismi: qui est somnus moderatus est bonus per via3 cause: q2 confortat virtutem: ⁊ iuuat ad digestionem materie: sed somnus: qui ab Aui. in statu vituperatur est: somnus diuturnus: qui est quasi quidam subeth. Hic profundus somnus est malus p viam signi: ⁊ deterior est in statu ꝙ3 in principio paroxismi: q2 somnus profundus in pncipio paroxismi côsequitur natura3 pncipij paroxismi: ⁊ ideo nô sic est vituperabilis: sed in statu paroxismi: si fiat somnus profundus: nô fit sine causa magna. cû tunc ex modo caloris expansi homo fit dispositus ad vigiliam ⁊ non ad somnû. Alie vo expositiones illius textus dantur a Dyno ⁊ ab alijs: quas ibi diximus. ℭ Nos autem dicamus: ꝙ in statu paroxismor febris est duplex dispositio. quarû vna nocetur somno: ⁊ alia iuuat. Est enim debilitas virtutis pp̄ter resolutionê: que precessit têpore toto augmêti: ⁊ in hac côfert somnus: q2 virtute3 a resolutiône phibet ⁊ resolutâ côfortat. Est etiâ ibi multa multitudo vaporû in toto corpore: q2 calor totâ materiâ occupauit: ⁊ sup tota est expansus: nec in pluri quâtitate exeunt isti vapores a corpore ꝙ3 sit ꝙ3titas eor: qui a materia surgunt: ⁊ qui retinentur intus: q2 tunc non esset status: sed declinatio: somno ergo puocato: vapores isti qui sunt in multa multitudine coarctantur: ⁊ versus intus mouent. Contingit ergo aliquê hoiem plus iuuari in statu per virtutis côfortationê. qua côfortatiôe facta copiosius expellit illos multos vapores ⁊ materiâ: ꝙ3 fecisset si non fuisset per somnum confortata. ⁊ tunc somnus prodest huic homini in statu: ⁊ erit hic homo. vbi gra. cholericus: macer: rarus: resolubilis: habês humores plus peccâtes acuitate ꝙ3 quâtitate. Contingit etiâ aliquê alium hominê contrarie dispônis som dicte in statu paroxismi plus noceri ex multis vaporibus statim in pncipio somni côstrictis: ꝙ3 iuuari per virtutis confortationê: imo nô indigebat ea: ⁊ ille nocebit a somno in statu. ⁊ ideo Auicen. prudenter loquutus est. ⁊ dixit. Et fortasse non nocet apud statû. ℭ Sed tu dices: ita posset dici de pncipio paroxismi: ꝙ fortasse iuuat: ⁊ etia3 in declinatione poxismi: ꝙ fortasse nocet pp̄ter easdem causas. ℭ Dôm ꝙ nô est simile. somnus enim in declinatione paroxismi est determinatus plus ad iuuandû ꝙ3 ad nocendû: q2 virtus est multû resoluta: ⁊ vapores sunt pauci. Sed in pncipio paroxismi somnus est plus determinatus ad nocêdû ꝙ3 ad iuuandû: q2 tota materia ⁊ vapores sunt intus clausi: quos somnus magis claudit: nec vtus est resoluta adhuc. ℭ Dicamus quarto. ꝙ augmentû est têpus: qd quâtu3 ad partem suâ versus pncipium h3 iudiciu3 ex somno sicut pncipium: ⁊ reliqua pars sicut status. ⁊ ideo Auicê. tacuit de eo: ⁊ sic etiâ intellexit Rasis. 16. continentis: sed Rabi moyses côsiderauit: ꝙ in principio paroxismi somnus plus nocet ꝙ3 in aliquo alio tempore. Et ꝙ in omnibus alijs têporibus vel iuuat: vel non nocet: vel minus nocet: ⁊ totu3 hoc vocauit iuuamentû respectu nocumenti magis: qd facit in principio paroxismi. ⁊ ideo dixit in cômento pmo scde particule afo. per nos translato ex arabico. Tempora in quibus iuuabit somnus sunt: post ꝙ3 erit côpletum principium paroxismi: ⁊ apostemationis: ⁊ multo magis in têpore status: ⁊ vtilius qd est de somno est in tempore declinationis.

Gentilis transtulit rabi moyses super aphoris.

Ad 4um.

ℭ Quartâ dubitationê omittimus: q2 timemus hic prolixitatem. cômunitas tñ loquentiû idem dat iudiciû de somno in declinatione vniuersali morbi ⁊ particulari: immo vt alias declarauimus super aphori. qui dicit. In quo morbo somnus laborê prestat mortale: maxime verificatur de declinatione vniuersali morbi: que est declinatio mêdosa siue falsa. debet enim somnus in declinatione pp̄ie vniuersali iuuare. Et côsimiliter dicûtq3 ꝙ in pncipio vniuersali febris. calor est submersus sub materia. ⁊ ideo nô tanto tpe debet homo dormire in pn° vniuersali morbi: quâto o3 dormire in declinatione: sed parû. In temporibus aût medijs medio modo. Et tu considera ꝙ in febre côtinua: in qua tempora vlia nô sunt distincta a tpibus poxismi: expectat in mâ digestio: que est alia a digestione: que expectatur in mâ vni⁹ paroxismi interpollate. est eni3 digestio mâe paroxismalis vt actu paroxismat quasi quedâ côtinua euaporatio: ⁊ expansio caloris super eam. Et in hoc aliqualr pôt esse diuersum iudiciû somni in pn° paroxismi vel acerbationis ⁊ pncipio totali feb. continue. Et considera ꝙ in statu continuar acutarum possunt esse diuersitates dispositionum ad diuersas crises: in quibus potest somnus iuuare: ⁊ in quibusdam nocere forsan. Scias ergo illud.

ℭ Et non prohibeas ei aquam frigida3: nisi fuerit humor: qui est in eo crudus ⁊ grossus: tunc enim prohibet digestionem.

ℭ Quoniam Auicen. dixit supra quando tu infrigidas non infrigides cum eo: in quo est stipticitas in principio harum febrium. Volebat per hoc dare cañ. in infrigidatiôe: quando medicus conuertit intentionem suam ad partem febris: ⁊ vt apparet iste cañ. est generalis multum ⁊ indeterminatus. Et ideo vult reuerti ad loquendum de determinato infrigidatiuo. s. aqua frigida: quâ multotiens febrientes affectant: ⁊ ostendetur de ea quando ⁊ in quibus febribus competeret bibita ⁊ extra apposita. Et primo ponit cañ. in eius vsu per totum. scdo per balneum. ibi secunda. (Immo causa ⁊c.) Prima in tres. primo dat cañ. quendam generali in concessione: vel non prohibitione aque frigide. secundo quod dixit probat. tertio cañ. illum particularius distinguit. ibi secunda. (Et scias.) ibi tertia. (Nisi sit stomachus: aut epar.) ℭ Considerandum ꝙ aque frigide vsus per potum posset esse vel syrupum cum ea limphando. Et omnem suum potu3: vel de ea pura bibendo: ⁊ quomodocunq3 intelligatur vult Auic. ꝙ nô prohibeas febrienti frigidam aquâ: nisi sit humor grossus: ⁊ cû hoc sit crudus: ⁊ causam assignat notâ. Et quia iste cañ. statim ab Auic. declaratur. ideo non est hic super eo insistendum.

ℭ Et scias ꝙ quando phlebotomia iuuat: deinde vteris via mala: tunc non purgabitur.

ℭ Hic probat qd dixit: ⁊ est ꝙ concedatur aqua frigida febrienti: ⁊ adducit duas rationes. pma est ꝙ aliquando

potus aque frigide complet curam: ⁊ si ipsa non detur non curabitur infirmus. hoc autem sic dicit: q꞉ aliquando medicus facta phlebotomia: q꞉ videt alleuiationem infirmi non curat amplius de eo: ⁊ ipse non curatur: ⁊ tamen si dedisset de aqua frigida in potu fuisset curatus. Et hoc est quod dicit quando phlebotomia iuuat: deinde veteris via mala. s. non dando aquã frigidam: que dari debet non purgabitur. i. non curabitur. Et totum hoc dicit Auicen. quia febres: in quibus possumus vti secure aqua frigida: sunt febres synoche: ⁊ illis phlebotomia est maximum auxiliũ ⁊ maxime alleuians. medicus igitur quia aliquando facta phlebotomia vidit infirmum multum alleuiari: non curat amplius de eo: ⁊ non dat aquã frigidam: que esset complementum cure eius: immo facit redire ad vinum limphatum. ⁊ tunc non liberatur iste febricitans: immo peiorabitur. ¶ Aliter iste can. etiã a me exponitur: q꞉ existente aliquo humore grosso phlebotomia aliquando facta iuuat: ⁊ tu credis ex hoc q꞉ febris sit sanguinea. s. illa que est causa cõiuncta febris: ⁊ veteris via mala: quia das aquã frigidam quã non debes dare: q꞉ magis ingrossat illam materiam: ⁊ tunc non purgabitur illa materia: nec sudore: nec alia euacuatione: immo magis ingrossabitur: ⁊ hoc probat per can. predictos. ¶ Sed dubitatur de hac expositione: quomodo est possibile: q꞉ phlebotomia conferat: ⁊ tamen aqua frigida ingrosset materiã. ¶ Dicendum: q꞉ licet plures modi dicendi possint dari: vnus tamen est qui intelligit ex propositione quarta questionis superius mote: ⁊ est q꞉ ponamus istum casum sic: q꞉ aliquis febriens de cholera grossa: vel flegmate separato a sanguine: ⁊ cum hoc habeat multam repletionem ex sanguine: qui statim incipit inflãmari: cum incipit cholera illa grossa: vel flegma putrefieri. vnde cogimur ad phlebotomiã non solum quia timemus de inflammatione illius sanguinis: ⁊ de suffocatione ex eo: vel cursu ad principalia membra: ⁊ suffocantia loca: sed q꞉ natura grauata ista plenitudine nõ potest vacare digestioni illius cholere: vel flegmatis: nec ex phlebotomia illa cholera peioratur: vt supra diximus: immo melioratur: q꞉ natura potest illi degerende vacare alleuiata a repletione. Facta ergo phlebotomia ⁊ alleuiato infirmo credit ignarus medicus istam esse febrem sanguineã: quia contulit phlebotomia: ⁊ q꞉ est fortis flãma caloris: propter calorẽ cholere vel phlegmatis profunde putridi deceptus in hoc dat aquã frigidam que illam cholerã grossam crudam magis ingrossat. vnde non purgabitur visus. ergo fuisti via mala. ¶ Tertia expositio est etiã mea: q꞉ Auicen. te confortat: q꞉ licet facta phlebotomia iuuet: tamen non dimittas facere post phlebotomiã ea que expediunt de lenificatione ventris: ⁊ prouocatione: ⁊ rarificatione: q꞉ his omissis veteris via mala: ⁊ non purgabitur: ⁊ non liberabitur infirmus. Et hoc dixit propter medicos blandiriuos: qui videntes facta phlebotomia infirmum multum alleuiatum: statim dimittunt regimen reliquum laudabile: ⁊ assentiunt lasciuie febrientis de non clystericando: nec sumendo syrupum: immo nec dietando: sed ampliant se ad carnium exhibitionem ⁊ vini. ¶ Quarta expositio est Dyni ⁊ Francisci de pedemontium: ⁊ dicunt q꞉ Auicen. vult can. Gal. nono terapẽ. ⁊ est: q꞉ aliquando in feb. synocha est indigentia phlebotomie ⁊ medicus non facit illam: aut propter errorem: aut propter formidinem laborantis vel astantium. ⁊ tunc debet dari frigida aqua. Et ideo dicunt: q꞉ littera vult dicere via alia: ⁊ cõstruitur sic. Et quando phlebotomia iuuat. i. de se esset iuuatiua ⁊ non purgabitur. i. non phlebotomatur propter ignorantiam medici vel formidinẽ laborantis ⁊c. deinde veteris via alia. i. dabis in potu aquã frigidã: ⁊ hoc est qđ Gal. dicit nono terapeu. Si vero coactus fueris quandoq꞉ curare infirmum: a quo non solum quando relictum est auxilium phlebotomie: sed ⁊ nunc: aut propter insicientiã medicorum: aut laborantis: aut familiarium formidinẽ in presenti tempore prohibitus fueris auferre sanguinem ad frigide aque dationem veniendum: ⁊ dicit Dynus. Si littera dicit via mala. i. propter aliquem errorẽ non purgabitur. i. non phlebotomabitur. suppleas da aquã frigidã: hec expositio est violenta: vt apparet.

¶ Humoris autẽ cholerici digestio est: vt conuersus a sua subtilitate fiat spissus: ⁊ aqua quidem frigida facit illud.

¶ Hec est secunda ratio ad probandũ can. premissum quãtum ad id quod generaliter ⁊ in cõfuso intendit: ⁊ est q꞉ aliquando conceditur febricitantibus aqua frigida materia non existente grossa sed subtili: hoc probatur: q꞉ si materia est subtilis cholerica: aqua frigida conuenit. nam digerit illam: cum eius digestio sit inspissatio: ⁊ in hoc Auicen. innuit q꞉ quando medicus conuertit suam intentionem ad febrem ⁊ ad causam in quadam febre vt cholerica de cholera subtili: potest perficere vtrãq꞉ intentionem cum potu frigide aque: quia infrigidat ⁊ digerit materiam: quã postea natura confortata expellit vt ponet.

¶ Nisi sit stomachus: aut epar debile: aut frigidum: aut sit in visceribus apostema: aut sit in visceribus dolor: aut sit cõplexio eius pauci sanguinis: aut caliditas eius innata debilis: quare debilitatur post potum aque frigide. Aut si non sit consuetus potare aquã frigidã: sicut illi qui sunt de regione calida: isti enim spasmantur velociter ⁊ associatur eis singultus: ⁊ extenuatus est de hac summa.

¶ Hic can. exhibitionis aque frigide particularius distinguit: licet enim bene sit dictum: q꞉ aqua frigida detur nisi materia sit cruda: ⁊ grossa: ⁊ detur si materia est cholerica subtilis: hoc tamen non sufficit: sed alia cum his oportet attendere: que prohibent aquam frigidam dari: ⁊ que consentiunt. Primo ergo ostẽdit: que sunt illa que prohibẽt aquã frigidã dari. Secundo que sunt illa: que consentiunt: ⁊ indicant dari eam. Tertio quid sequitur ex datione frigide aque: quando datur vbi conuenit concurrentibus eis: que dari indicant. Quarto quid fiendum quando indicationes iste sibi aduersantur. Quinto ostendit nocumenta: que sequuntur ex potu frigide aque: cum datur vbi non licet bibere eam: q꞉ contrariantur nobis indicationes. ibi secũda (Ubi autem materia.) ibi tertia. (Multotiens.) ibi quarta. (Et quandoq꞉ iterum.) ibi quinta. (Et cum non licet ⁊c.) ¶ Considerandum circa primã partem: q꞉ Auicẽ. tangit octo conditiones prohibentes in febribus putridis: ⁊ in aliis dispositionibus dari aquã frigidã. Prima est debilitas alicuius nobilis vel principalis membri: quod intellexit cum dixit si sit stomachus: aut epar debile: ⁊ etiã si sint membra anhelitus: vel viscera: vel renes: vel intestina ⁊ alia. hec autẽ debilitas est proprie texture laxitas: de qua loquitur in primo Fen. scđa capitulo de causis debilitatis: ⁊ possunt poni et debilia ex aliis causis. Ex potu ergo aque frigide ista mẽbra percutiuntur frigido penetrante in illa. vnde destruuntur in eorum operationibus: ⁊ sic iste de quo loquitur Gal. 7. terapẽ. ex frigide aque potu propter meri debilitatẽ nõ potuit deinceps deglutire. Et etiã Auicẽ. statim ponet. ¶ Scđa conditio est mala complexio frigida in stomacho vel epate vel alio nobili membro vel principali. vnde et dictum est ex frigide aque potu addito frigore poterit destrui eorum operatio. ¶ Tertia conditio est apostema in aliquo viscerum. ¶ Contra. q꞉ in nono terapeu. dicit herisipilam aliquis non aliter sanabit q̃ potu aque frigide. ¶ Dicẽdum

ꝙ apostematio membri interioris prohibet aquā frigidā propter duo. Primo quia membrum apostematum est debilitatum et distractum in suis partibus. vnde aqua frigida subito occurrens vehementer ipsum percutit: non autem sic fieret in apostematibus sub cute exteriori: propter cutis duritiem et densitatem respectu laxitatis et raritatis membrorum interiorum et eorum panniculorū. Secundo quia aqua frigida prohibet resudationem: que ab apostematibus interioribus fit saltem: quia materias constringit poris clausis. Aliquando tamen est tanta inflāmatio apostematis: ꝙ timemus de consumptione infirmi: et de apostemati membri dissipatione et combustione. et ideo damus aquam frigidam coacti: potius volendo membrū debilitari in aliquo si debilitabitur. et volentes pro illo primo occursu materiā constringi ꝙ velimus infirmum fornace apostematis comburi. Et ꝓprie hoc preeligimus: quando apostema est cholericum de cholera subtili propter causam notam: et sic intellexit Gal'. ¶ Quarta conditio est dolor: quia potest mēbrum passibile esse et receptibile vehementis impressionis ab aqua frigida. ¶ Quinta conditio est sanguinis paucitas: et intellexit paucitatem ex egritudine prolixa: vel ex natura: vel ex alia causa. vnde mēbra sunt frigida nuda calore naturali: et vehementer percutibilia ab aqua frigida. ¶ Sexta conditio est innata caliditas. i. radicalis debilis: et intelligit per istos homines: qui a principio generationis generati sunt cum debilitatione omniū principalium et paucitate spirituum in eis: vel sunt tales ex etate vt senes: et isti differunt ab illis: qui sunt pauci sanguinis: quia paucitas sanguinis potest esse solo defectu epatis: iste autem habet omnia principalia debilia ex natura vel etate. ¶ Septima conditio est inconsuetudo potandi aquam frigidam: sicut illi qui sunt de regione calida: quia habent aquas calidas: vt dicunt quidam. Nos autem habuimus scholarē: qui fuit vt asserebat in partibus ethiopie: et dicit ꝙ omnes bibunt aquas calidas: et nullus vnquā bibebat aquā nisi aliqualiter calefactam. aliter autem crederet ꝓmori. isti enī sunt consueti bibere aquā calidam: si bibunt frigidā spasmantur velociter: quia adueniente aqua frigida inuenit mēbra rara ex continuato potu calido. vnde percutit ea subito: et congelat: et quia frigidum est inimicum magis ei nocet: et ex hoc fit spasmus: et fit singultus propter nocumentum a frigido in ore stomachi: quomodo autē frigidū sit causa singultus vide lib. 3. Fen. 13. cap'lo de singultu. ¶ Octaua conditio est extenuatio: et est nota quomodo sit de summa prohibentium dari aquā frigidā: quidā autē sunt: qui istas conditiones reducunt ad numerū cū ordine diuidendo res naturales non naturales et contra naturā: nos autē excusamur ab hoc: quia est locus ad introducendos.

¶ Ubi autem materia calida aut grossa iam digesta est: et corpus est carnosum: et caliditas innata exuberans: et virtus est fortis: et viscera sana non frigida: et eorū cōplexio radicalis nō insueta aque frigide: imo assueta aq̄ frigide: valde tūc aqua frigida est melior res.

¶ Hic ponit conditiones vel res: que consentiunt: vel indicant dationē frigide aque: et sunt conditiones octo. ¶ Prima est ꝙ materia sit calida. s. subtilis: indicatur autem ex parte caloris fortis: et ex parte subtilitatis indigentis inspissatione. ¶ Secunda conditio est: ꝙ sit digesta: si materia est grossa: et hoc est quod dixit: aut grossa iam digesta: et est sermo Rasis. 17. continentis capitulo vltimo. ¶ Sed dubitatur: que materia grossa digesta est ista: in qua damus frigidam aquā. ¶ Dicemus ꝙ per hanc materiam grossam intelligimus illam: cum qua quāuis sit digesta: cōiungitur fortis flāma febris: vt indicet extinctionem cum forti frigido: quale est frigidum aque: talis autem materia est aliqua cholera grossa: vel sanguis qui dicitur grossus respectu materie cholerice. Si ergo cholera sit grossa et digesta: et fortis flāma indicet frigidam aquā absque sentiendibus potest dari: quia extincto calore virtus confortabitur: et expellet materiā: quā inuenit digestam. Si autem cholera esset indigesta: quāuis calor febrilis extingueretur: et confortaretur virtus: ex hoc non posset tamen materiā indigestam expellere: quare magis adderetur putredo et constricta a frigido peioraretur. Similiter in febre sanguinea sine putredine: quia materia est digesta: potest dari frigida aqua. si autem sit cum putredine: que digestioni opponitur: iudicandum erit de ea. vt dicetur in hoc capitulo. ¶ Tertia cōditio est: ꝙ corpus sit carnosum: et ratio est: quia membra neruosa carne cooperta minus percutiuntur a frigida aqua. vt nono terapeu. ¶ Quarta conditio est: ꝙ caliditas innata exuberet: quia sit homo multi caloris: vel multe caliditatis ex natura et etate: et causa est nota. ¶ Quinta conditio est: ꝙ virtus sit fortis. s. principalium: et iam apparet hoc ex oppositis conditionibus. ¶ Sexta conditio viscera sana. s. apostematis priuatione: et priuatione alterius determinate debilitatis facientis ea percussibilia a potu aque frigide: non enim possunt dici vere sana: cum iste sit febriens. ¶ Septima conditio non frigida complexio eorum radicalis. i. innata complexio eorum non est frigida. vnde non sunt nerui percussibiles a frigido: quia sunt in summa neruorum calidorū: et in hoc etiam innuit ꝙ sint copiosi sanguinis. si exponatur radicalis. i. naturalis inata et influens: licet multitudinem sanguinis potuerit dare intelligi per multitudinem carnis. ¶ Octaua conditio est consuetudo potus aque frigide: cum igitur materia feb. et calor febrilis indicant aquā frigidā et omnia alia consentiant eā dari et nihil eam prohibeat: ipsa est melior res.

¶ Multotiens enim adiuuat ad expellendū materiam cum solutione nature: aut per vomitum: aut per vrinam: aut per sudorem: aut per omnia illa. quare fit statim vt sanet. ¶ Et quandoque dat in potu medicus de aqua frigida infirmo quantitatem plurimam adeo donec color eius fiat viridis et tremat: que fit saltem perueniens vsque ad eminā vnā et dimidiā. ¶ Et fortasse cōuertitur febris ad flegmaticā: et fortasse confortat nā: et expellit materiā cū sudore et vrina et fluxu ventris: et est sanitas.

¶ Probat ꝙ sit melior res: et hoc est ostēdere vtilitates que ex eius datione sequuntur: siue potetur in quantitate non multa: siue in quantitate valde magna. ¶ Considerandū ꝙ hoc iuuamentum est: quia virtus confortatur sedata flāma febris. vnde māa expellit per loca apta euacuationū fm diuersitatē materierū et aptitudines corporū. ¶ Sed dubitatur si ista feb. est sanguinea: qualis erit mā: que expellitur ꝑ hoc: preterit ne sanguis. ¶ Dōm ꝙ si feb. nō est sanguinea: sed est. verbi grā. cholerica expellet illa cholera: et alie māe. si sint cū ea corrupte. Si aūt febris sit de sanguine: contingit multotiēs cū eo reliquas plures māas corrupi: quā euacuate vomitu: vel vētre: vel sudore: vel vrina ostendent ꝓprios colores. mā autem sanguinea aptius euacuabit sanguine nariū: vel per menstrua: vel per emorroidas: licet Auicē. non faciat de hoc mentionem: et si illum sanguinem contingat pelli vomitu: vel ventre: vel vrina: vel sudore: ostēdere eiū poterit propriū colorem. Qꝫ autem virtute pellente sanguis

possit vomitu iuuatiue euocuari apparet. 3. ca. Fen. 13. ⁊ 7° terapē. q per fluxum ventris: apparet. 3. cañ. Fen. 14. trac. 4. q per vrinam: apparet. 3. cañ. Fen. 19. q per sudorem: dixit Arist. 3° de partibus animaliū: possibile tamen est q febris sit sanguinea: ⁊ cessabit per euacuationem materierū: que non erunt sub forma sanguinis: ⁊ hoc erit q sanguis in illis corrumpitur. G. autem. 9. terapen. sentit q natura accipit bonū sanguinem pro nutricatione: ⁊ materias alias malas expellit. Unde dicit: q ex aque frigide potu calore extincto natura particularū roborata solidarum animalis humoribus qui sunt presubtiliati opponetur: vt quicunq; suaues ⁊ nutrire sufficientes. hos quidem attrahit ad eas. inutiles vo abijciat: aut per ventrem: aut per cutim. ¶ Cōsiderandū scdo. q q̄titas que datur in potu de aqua frigida: est diuersa fm diuersitatez inflāmationis febris. est enī magna latitudo in calore huius feb. arsiue: que indicat dari aquā frigidam: vt bene dixit Auer. 7. colliget: ⁊ diuersificatur etiam quantitas exhibitionis eius fm multa alia ⁊ per te considerata: non ergo omnibus qbus concedimus aquā: concedimus in quātitate vltima: que est quātum potare possunt. vnde inde preueniant ad tremorem: ⁊ quādaz liuiditatem coloris: quā vocat Auicen. viriditatem: ⁊ hoc propter multam ⁊ subitam infrigidationem. Sed facimus hoc quādo flāma febris est valde vltima: ⁊ hora calida: ⁊ omnia consentiunt potest dare bibere quātū vult. alijs aūt potest sufficere quātitas minor: vt mensura vasis fm tuam extimationem. Per minā autem videtur intelligere hic copiosam quātitatem. vnde. G. 9. terapen. non determinat se ad quātitatem mensure: sed dicit: q debet bibere quantum laborans voluerit: ⁊ hoc est fm diuersitatem in hominib⁹. quare bene fecit Gal. q ad mensuram non se determinat: mina etiam non est magna quantitas: q̄ est. xx. vncijs. vel xvij. lz in hoc pondere inueniatur diuersitas: ⁊ forsan per minā intelligit mensuram alicuius vasis. ¶ Considerandū 3°. q potus aque frigide: qui conuertit febrem quandoq; ad flegmaticam: est proprie potus iste multe quātitatis: vltra quē non itur in quātitate: ⁊ hoc q materiā illam. verbi gratia. sanguinem valde infrigidat ⁊ ingrossat: vt non est possibile virtuti post infrigidationem illum expellere: quare remanēs putrescit: ⁊ fit febris de sanguine phlegmatico: ⁊ aliter potest imaginari febrem fieri phlegmaticaz ex hoc potu: ⁊ medicus aliquādo preelegit hanc febrem conuerti in phlegmaticā: potius q̄ velit subito ex ardenti flāma infirmū mori. vt dixit Auer. 7. colliget: ⁊ Rasis. 17° cōtinentis. q autem virtus confortata hoc vltimo potu possit materias per suas vias expellere: notum est.

¶ Et quandoq; iterum sunt quedaz prohibentia: deinde timetur malitia caliditatis ⁊ sitis: ⁊ existimas q peruenitur per eam ad ariditatez vel extenuationem: non prohibeas aquam frigidam. nam additio apostematis ⁊ cruditatis eius melior est q̄ extenuatio. ¶ Et syrupus quidem acetosus quandoq; etiaz sedat sitim: ⁊ incidit ⁊ soluit: ⁊ nocumentuz ipsius apostemati non est plurimū: sicut nocumentū aque: ⁊ non est ei vis aggregandi mām: ⁊ inspissandi eam. Et sit iulep plurime cōmestionis.

¶ Hic vult q quando non omnia concordāt in indicādo frigidam aquā: intēdas ad fortiores indicationes. verbi gratia. aliquis febrit febre cū apostemate epatis: apostema p̄hibet dari aquā frigidā: q addit in illo constringendo materiam in eo ⁊ ingrossando incrudat: sed vehemētia febris ⁊ molestia sitis: ⁊ timor extenuationis vltime indicant dari frigidam aquā. tunc non prohibeas aquā frigidaz. nam melius est. i. minus malum: q apostema aliqualiter augeatur ⁊ materia incrudetur q̄ q moriatur arefactus. ¶ Considerandum aūt: q Auic. oppositū indiciuz dat intelligi. s. q aliquādo sunt quedam indicantia dari aquā frigidam: sed timetur augmētū apostematis: aut al: quod aliud graue periculū ex potu frigide aque. vnde non damus eam: ⁊ hoc totū remanet in iudicio assumentis: ⁊ deliberantis medici per bonitatem extimationis sub canonibus scientialibus ⁊ habitu experimentali. ¶ Considerādum 3°. q quādo stant iste contrarie indicationes Auicē. vult: q si in meliorem ⁊ securiorē viam potes ducere: facias illud. vt si sufficit dare syrupum acetosum cū aqua: aut iulep plurime cōmixtionis: cum aqua enim pauce cōmixtionis est plus nutriens: ⁊ minus extinguēs: ⁊ dare ista cū aqua est securius q̄ dare aquā purā: q cum hoc q isti potus extinguunt calorem ⁊ sedant sitim non sic nocent apostemati: vt notū est. ⁊ iste cañ. est positus. 17. cōtinentis 4° capl'o. ¶ Sed tu dices. Dabo hos syrupos cum aqua frigida: vel cum calida. ¶ Et dicendum: q si processus tuus ad dandum hos syrupos est: cum est fortis indicatio de aqua frigida timore extenuationis ⁊ sitis: tamen audaciam tuam refrenat apostema: vel cruditas aliqua in materia: vel oppilatio dabimus eos cum aqua frigida: q damus eos vt maliciaz illam minuant frigide aque: quā dare volebamus. Si autem in tua estimatiua caderet hec omnia posse melius perficiū aqua detur cum predictis syrupis: non frigida facias.

¶ Et cum non licet bibat aquam frigidaz: ⁊ fit audax super eaz: timeatur q non faciat accidere constrictionem pororum: quare fit causa febris alterius cū euentu oppilationis alterius: ⁊ fortasse erit vehementior prima.

¶ Hic considera: q ei non lz bibere eam in febre: in qua omnia contradicunt huic potui: aut vehementiora. si ergo illud quod prohibet est grossities: ⁊ cruditas materie addit in grossitie ⁊ cruditate: ⁊ facit alium gradū oppilationis: ⁊ possibile est: q plures ptes oppilet: ⁊ ex hoc fit noua putredo ⁊ noua febris propter innouatam esse materiam: sez in dispositione vel in actu potu aque frigide: non extinguitur febris: sed remittitur: ⁊ tunc reuertit intensior q̄ prius. ¶ Amplius. Ex hac infrigidatione possent generari materie alie fm speciem a materia: que febrem faciebat: ⁊ fiet alia febris Gal'. vero breuius se ab hoc expediuit. vt apparet. 9. terapeu.

¶ Et quādo obuiat membro debili: corrumpit operationem eius: ⁊ multotiens facit deglutitionem difficilem: ⁊ facit difficultatem anhelitus: ⁊ facit accidere tremorem: ⁊ spasmū: ⁊ debilitatem vesice: aut renis: aut colon. ¶ Et ille quem plurimū oportet ex eis prohibere a potu aq frigide est: cui nocet i sanitate sua. ¶ Immo cum videris calefactionem fortem: ⁊ complexionem calidam ⁊ siccam: ⁊ euacuaueris. tunc quandoq; concedes infusionem fieri in aqua frigida apud declinationē: ⁊ apparitionem digestionis ⁊ euacuationem humorū: ⁊ non est malum vt administretur balneum: ⁊ potus vini commixti subtilis: ⁊ inunctio cum oleis lenificantibus.

¶ Hec sunt notata ex .7. terapen. et .9. q autem frigida aqua
percutiat nervos: et possit esse cā tremoris vel spasmi notū
est habenti sciētiā Fen. quarte tertij can. aut colon. i. inte//
stini quodcūqz sit: sed expressit de colon: q: multum appro/
pinquat stomacho fm situm' vt anothomia ostēdit: lz mon
struose ɔtrariū viderimus in anatomia: quā hoc anno fe/
cimus. ¶ Considerādū q aliquis est: qui non est ɔsuetus
aquā frigidā bibere: taliter q quotiens eā potauerit: no/
cetur ab ea: et de isto certum est iudiciū: q potus frigide aq̄
est ei nocivus: alius est qui insuetus est frigida aqua: et est
assuetus calida: et isti etiā certe aqua frigida est nociua: ali9
est qui lz non sit ɔsuetus potare aquā frigidā: non tamē est
nocivus ab ea: si aliquādo eā potauit. Et de isto argumētat
Gal'. 9. terapen. q si iste aliquādo coactus est ad potuz fri/
gide aque non nocetur. ergo minus nocebitur ille: qui con
suetus est potare aquā frigidā sine nocumento. De hoc aūt
lege hystoriā a. G. in libro de virtute cōsuetudinis loquen/
te de quodam Ari. mitilenecos ꝑmatum tenente in omni pe
ripatetica theorica etc. imo loquitur de vsu aque frigide ab
extra per moduz infusionis. i. balnei: et gratia huius loqui/
tur de balneo aque calide: et sibi similibus in virtute ¶ Cō
siderādom q per infusionē possumus intelligere q ponan
tur extremitates in aqua frigida. vt apparebit cap. de cura
tertiane: vel q totū corpus ponatur in aqua frigida: et hoc
est ɔsonum dictis. G. xj. terapē. cap. 9. Tangit aūt ɔditiōes
que ad hoc requiruntur quattuor. ꝑma q sit fortis inflam/
matio. scđa q complexio sit calida et sic. tertia q euacuave
ris. i. lenificaveris ventrem: si expedit. quarta q sit in vera
et manifesta declinatione feb. et hoc scitur: q: precesserunt
signa digestionis: et evacuatio materie per naturā vel artē:
et iste ɔditiones omnes sunt note: nisi illa que vult q corp9
sit calidum et siccum: sicū tamē superius docuerit dare aquā
frigidā calido et humido et carnoso: dicendum: q aqua fri/
gida ab intra securior est carnoso cum obviet membris ra
riis: sed ab extra intentione infrigidādi et removendi calidū
quod febris putrida imprimit vel impressit melius conce/
ditur calido et sicco corpori. forsan. n. in carnoso timeretur
de additione cale factionis intus ɔcluso calore. et ideo ces/
sat corruptio littere: quā quidā hic faciunt dicētes: q vult
dicere complexionē calidā et humidā. ¶ Sed textus. G. vi
detur contrarius his dictis. xj. terapē. vbi dicit. Si vero et
bene carnosus fuerit et ɔstitutio calida et sic. et si in piscinaz
natatoriā cum imiseris frigidā: non nocebitur: q: fm tale
tempus proijciente eos in aquā frigidam omnino mox su/
dantur: et venter eorū est: quibus erupit cholera. ¶ Et nos
dicimus certum esse ex principiis Gal'. 3° de complexioni/
bus: et in cōmento aphorif. 21. quinte partic. Est autē, vbi in
tetano: q aqua frigida ab extra occurrens in corporibus
carnosis vigorat intus calorē. ergo cum. G. dicit bene car
nosus intelligit q non sit multum macerata q ex balnea//
tione in frigida aqua percutiatur in nervis: taliter q spas//
metur: vel aliter prave noceatur: et forsan hic est qui ante fe
brem erat bene carnosus: et febris eum ita macrum fecit: q
ex frigide aque vsu ab extra nō inflāmabitur: sed infrigida
bitur quantum sibi expedit. ¶ Aliter dicere possumus: q
ex balneo aque frigide medicus vult vel caloris extinctio/
nem: et istam facit in corpore calido et sicco: in quod pene//
trat: sed suspitio est de superflua infrigidatione: ne soli//
das particulas animalis percutiat: vel vult quandā calo/
ris naturalis ɔfortationē ex revocatione ad intus: et refle
xione ad extra: et cum hoc quandā debitā infrigidationem
non profundā multum: nec pervenientē cum substātia fri/
gide aque: et hoc fit convenientius in carnoso. vnde. 10. te/
rapen. Gal. Juvenis quidā bene carnosus hora estatis in
statu febris sine phlegmone in frigidam se ipsum emittens
aqua sudorem movebat: lege litterā Gal. q: hec fuit inten/
tio eius. procedit igitur Gal. cum suo iudicio extimativo:
et balneat carnosum febrientem in tempore status: et vult ex
hoc caloris nālis cōfortationem. vnde materia expellitur.
Sed est suspitio in hoc: ne calor intus reflexus et vapores
constricti noceant plus q̄ calor naturalis vigoratus assur/
gat cōtra materiā: sed q: videmus q hoc aliquibus pro//
fuit: igitur aliqua dispositio est: in qua convenit. vt arguit
Gal. stabimos igitur in quibus carnosis hoc competat iu
dicio Gal'. j. periti medici Avicē. autē procedit cū suo iudi/
cio extimativo et balneat cholericum calidū: et siccum non
carnosum vt sanguineus vel temperatus est: et balneat cuz
aqua frigida: non in statu. vt. G. fecit: sed in declinatione ve
ra iam evacuata materia: et infrigidat residuum caloris qđ
remansit: et cum hoc etiā confortat calidum nāle ex hoc: sed
est suspitio ne excarnatus nimis a frigido spasmetur: vel in
currat ethicam senectutis: stabimus igitur iudicio Avic. i.
prudentis medici: qui considerat quātitatem carnis nō sic.
esse paucā vt dicta particula sequatur. non igitur contradi
cunt duo viri. s. Avicē. et Gal'. sed dicunt duo: quoꝝ vnum
quodqz potest ɔtingere. ¶ Considerādum aūt q nostris tē
poribus medici non sunt ausi in febribus vti balneo aque
frigide: et hoc propter laborem extimationis vere: et nō mi
nus: quia remedium est notatum a vulgo: timet ergo ne si
aliud accideret infamaretur medicus: cuius infamie radix
plus est in medicis adinvicem q̄ in vulgo. De balneo autē
cum aqua calida et potu vini dicemus. De vnctione autem
cum oleis lenificantibus idest rarificantibus poros sive di
latantibus vt est oleum camomillinum iam diximus.

¶ Questio. XXII.

Dubitatur circa premissa. ꝑmo an in febribus cō/
petat frigida aqua. ¶ Videtur q non
ex Avicē. 3. cap. Fen. 13. caplo de anxietate stomatica di/
cit. Non oportet q bibatur in febre nisi aqua calida. ¶ In
contrariū Avicē. hic. ¶ Istam questionē Tha. et Concilia
tor prolongāt et formant multitudinem argumentorum: et
extra propositū in difficultatibus eoꝝ: nos igitur dicamus
q potus aque frigide quidam est in quantitate pauca: vt
quando miscemus eam cū syrupo: vel in hora cibi: vel cum
vino granatorū: vel cū vino: vel cū zuccharo: vel aceto: vel
aliter: vt contingit potare infirmo hora cibi: et cum huius/
modi potibus: est quando dant coclear zucchari rosati: vel
violati: vel alicuius confectionis cordialis: quam medici
duplicíter. primo quia materia erat furiosa: vnde ante digestionem euacuatione facta curatus est febriens: et hoc sensatum nõ est cõtra can. imo cum can. suo. Sunt igitur duo can. vnus q non euẽs mãs crudas: et non furiosas ante digestionez. Alter q euacues mãs furiosas ante digestionẽ: et hi duo can. nõ contradicunt in rõne intellectus: nec sensus cõtrariat rõni. Alio mõ hoc sensatũ est verũ ꝑpter cõditiones indiuiduales: quas vetãt nobis ꝑfectionẽ in hac arte: et voco cõditiones indiuiduales nõ solũ dispositionẽ: vel cõditionẽ vnius indiuidui demonstrati: cui similis ab eterno nõ fuit: nec alius erit: inter quẽ et medicinã solutiuã potest currere singularis ꝓprietas: vñ materie crude sequunt in euõne absq; nocumẽto. Sed voco cõditiones idiuiduales oẽs occultas dispositiones rarius contingẽtes: ad quarũ determinatã noticiã medicus nõ põt puenire ex aliquo signo certo: et in tali dispositione põt contingere pharmacũ exoluens datũ ante digestionẽ iuuare. Ubi gfa. Sit vna febris flegmatica in principio cum vna vrina subtili cruda: et mã hec sit circa primas meseraicas latens: et in se grossa viscosa: sed in superficie sua lubrica: et vt sic loquar vnctuosa: et detur medicina solutiua vt agarico: iste statim liberabitur in ipso principio: et q: aliquis posset molestare istum casum: dicendo q materia ista est digesta: et dicendo q est cognoscibilis: ideo tu dispone casum taliter q non possit cognosci: et q lz sit cruda: tamen pharmacum illam euacuet. non obstante q vrina subtilis cruda apparuit. Hec iuuamenta ex euacuatione facta contra rationem nõ sunt in rei veritate contra rõnem: q: ratio illa erat vera: vt in pluribus: vel in dispositionibus cognoscibilibus a medico per artem. et has dispositiones videmus sepe euenire. Sed iuuamẽtum illud est in dispositionibus indiuidualibus occultis arti: et raro cõtingẽtibus: et iõ nõ possunt redigi in can. q: nõ põt formari can. generalis: cũ ille sint dispositiones quedã indiuiduales raro cõtingentes: nec potest formari can. particularis vel indiuidualis in illis indiuiduis: dicẽdo in omni homine hñte dispõnes indiuiduales: quibus mãe crude possunt euacuari ante digestionem: purgatio fiet cũ pharmaco ante digestionem materie. Hic can. est medico inutilis: vel non scientialis: q: formans can. non potest dare noticiã istarũ dispositionũ indiuidualiũ. Apparet ergo qđ hoc sensatum: q est iuuari per pharmacum solutiuũ datũ an digestionẽ in mã nõ furiosa nõ cõtradicit rei: nec veritati in se: et tamen non potest formari can. et ideo nõ est signũ sufficiens q sic debeamus operari in alijs hominibus: vt bene dixit Auic. Aliquando hoc sensatum est deceptiuũ: q: comprehenditur in opposita ratione eius: q debet comprehendi. verbi gratia. aliquis contra rationem: et cõtra id qđ debuit fieri liberatus est ab aliqua febre. s. dato pharmaco ante digestionem: et ſm veritatem debebat dari digesta materia: accipit igitur medicus istam sanitatem: quam iste acquisiuit et dicit: q causa fuit medicine. Et ſm veritatem causa fuit sua virtus: que irritata fuit a medicina: sed ipsa vigorosa pugnauit contra medicum: et cõtra suã medicinaz et contra febrẽ: et victoriã obtinuit. nõ igitur hoc imponas medicine: q: si medicina nõ fuisset data: iste citius et cũ leuioribus accidentibus fuisset liberatus: et remãsisset in sua conualescentia et sanitate modo post illã meliori modo: igitur hoc experimentum: q: non est ſm can. non valet aliquid: vt dixit Auic. et hoc erroneum posset frequenter contingere: non debet tamen generalem can. facere: et hoc est de quo dicetur cap. de quartana: q est rectuz ab errore. ¶ Ad 2m argumentum dicendum: q iuuamentum: qđ nostrum operari confirmat: est iuuamentũ sequens suã actionem. ¶ Sed tu dices: Ras. dicit. Iste est liberatus opere medicine purgantis: et ego dico q Gal. et hippo. negabũt hoc: et illis duobus viris. s. hippo. et Gal. magis credemus. ¶ Et si tu dices Ras. posset dicere: ego vidi per experientiam: q mille hominibus infirmatis febre acuta data fuit medicina a principio quingentis ex eis et multi fuerunt liberati: et pauci mortui: et alij quingenti non fuerũt purgati a principio: de quibus plures fuerunt mortui. ¶ Respondebit hippo. et Gal. q hoc fuit: q: illi oẽs: vel plures egrotabãt fe. acuta de materia furiosa ꝓprie dicta: vel de materia peccante quantitate plurima: vnde ante digestionem debebat minui de ea: et sic operatio non fuit contra can. sed cum eo: quare etc.

¶ Cum autẽ materia est plurima mobilis permutabilis de membro ad membrum: et existimas: q non est spaciuz in digestione eius: aut fortasse accidit ex ea apostema pleureticũ: aut aliud si dimittatur: faciet cadere i timorez ante tempus: in quo expectatur digestio equalis: procuidubio tũc est necessaria euacuatio eius.

¶ Iam Auicẽ. declarauit can. canonicum: vel quantum ad illud: qđ erat canonicum: et erat q non euacuares materiã indigestam. Hic declarat illum can. quantum ad secundaz suam partem: que dixit. Nisi propter necessitatez: et primo ponit causas quibus propter necessitatem euacuas statim a principio non expectando futuram digestionez. Secũdo qđ dixit confirmat per auctoritatem hippo. Tertio verificat illud per simile. ibi. 2a. (Et hoc est illud.) ibi. tertia. (Et talis est euacuatio.) Prima in tres: sicut tres ponit casus: in quibus euacuamus ante digestionem futuraz. ibi. scđa. (Et scias.) ibi tertia. (Et similiter.) Prima in duas. Primo ponit casum et tangit causam. Secundo specialiter probat rationibus. ibi secunda. (Timor enim.) ¶ Considerandũ q casus iste: in quo Auicẽ. precipit euacuationẽ fieri ante digestionem: potest intelligi solũ in materia furiosa: et tũc exponatur plurima mobilis: id est plurima in mobilitate: q: sit vehementer mobilis: et sit vehementer furiosa et vehementer mala. Et assignat Auicen. duas causas: propter quas est necessaria euacuatio eius: tunc. s. statim in principio ante digestionem. Una causa est: q: non est spacium in digestione eius ſm tuum iudicium extimatiuũ. et hoc quia nõ est digestibilis sua malicia. Scđa causa est: quia esto q ipsa per digestionem esset rectificabilis: tamen q: mobilis est vadens de membro ad membrum: timeri potest apostema in membro: ad qđ vadit: et pleuresis: aut aliud. s. apostema: aut aliud. s. periculum: sine apostemate: vt mors subita: quãuis non apostemet: et hoc est: q: toto tẽpore: quo dimittit et expectat eius digestio: qđ est lõgũ tẽpus: et cũ sit praua: est timor. Dixit aũt digestio equalis. i. digestio equans suã substãciã: ita q si nihil aliud velis in hac mã furiosa facere nisi equare illã: est tempus longum: q: valde distat ab equalitate substãtie. ¶ Alio modo casus iste potest intelligi in materia furiosa ꝓprie: et in materia plurima: que lz nõ sit vere furiosa: tamẽ propter superfluã quantitatem de ea timemus q suffocetur ante statũ: vel nõ subijciat digestioni. Et ex hoc minoramus abscindendo de ea ante digestionez: et tunc exponatur. Cũ autẽ materia plurima est. s. quãtitate sua: et cum materia est mobilis. i. furiosa: quãuis nõ sit multa: et tunc iste can. comprehendit can. quem spãliter ponit ibi: et similiter si timeas: et tunc cause: quas assignat referuntur ad vtrãq; materiam: cum enim dicit. Non est spacium in digestione: hoc potest esse: q: multa: vel q: furiosa. Accidit apostema etc. quia multa: vel quia furiosa: lz quidam expositores referant hoc solum ad materiam multaz et non ad furiosam facit cadere etc. scilicet multitudine: vel furiositate.

¶ Timor. n. in hac est minor: q̃z timor in illa: et cũ hoc nã mouet ad expellendum eã pp mul-

titudinē sui nocumēti. Cū ḡ adiuuat nā: ꝯue-nit ei adiutoriū vltimū: q̄re nō ē excusatio eius.

¶ Hic inducit tres rōnes: ⁊ primo adaptamus eas ad materias furiosas. Primo arguit sic. Timor in euacuatione ante digestionem materie furiose est minor q̄ timor in illa materia furiosa si dimittatur. ergo euacuatio materie furiose statim a principio debet fieri: consequentiam Aui. hʒ vt notam: sicut enim in operationibus ſm vitā operamur: q̄ð melius: q: minus malum eligimus: sic circa laborantē: vt dixit Gal. xj. terap. primo cap. antecedens Auicē. habet pro noto ei qui audit dicta sua dicit: timor enim de materia furiosa. si dimittit: est timor mortis: sed si fit euacuatio añ digestionem: est infirmi anxietas ⁊ conturbatio ex difficultate euacuationis. Igitur hoc est eligibilius: ⁊ sic potest applicari ratio ad materiam plurimam t de qua timemus: ꝙ non possit digeri nisi minoretur. vnde si dimittat de ea: est timor mortis. ¶ Secunda ratio. Materiā furiosam natura conatur statim ante digestionem euacuare propter multitudinem sui nocumenti: quare ad illius exēplar medicus debet agere: ⁊ eodē mō ista ratio potest applicari ad materiam multitudine peccantem. Questio. XXXI.

Sed dubitatur q: si hec ratio sit vera de materia multa. ergo omnē infirmū a principio sudantem: vel habentē ventris fluxum debere-mus euacuare ēt añ digestionē: q: videmus ꝙ natura a ꝑncipio laborat in materie euacuatiōe. ¶ Dicēdū ꝙ euacuationes a ꝑncipio febriū apparētes signū sunt multe repletionis: vel male materie: vt ſm scđa declaratū est a nobis ⁊ tūc si medicus vidit ꝙ natura minorauit tātū de materia ꝙ residuū sperādū est: posse digeri dimittēda est euacuatio minoratiua abscissiua scilicet partis: ⁊ hoc remanet iudicio medici. sin autem cuʒ euacuationibus remanet repletio multa. de qua dubitas debet dari pharmacia proprie: cuʒ infirmus solū sudauerit: ⁊ in hoc nō prolōgamus. ¶ Tertia ratio. Cum medicus iuuat naturam debet illam iuuare adiutorio vltimo. s. in sufficiētia: q: medicus est nature adiutor: sed in materia furiosa nullum est adiutorium: ꝙ sufficiat nisi euacuatio. Igitur nō est excusatio ab euacuatiōe.

Ultimū su-mitur du-pliciter.

¶ Considerādum ꝙ vltimū in sermonibus Auicē. sumit pro vltimo in tempore: sicut si dicitur ꝙ in apostematibus vltimo cōpetit resolutio. Aliquādo sumitur pro vehemēti remedio: q̄ð non dʒ tentari nisi alia precesserint: sicut dicimus ꝙ vltimū remediū est operatio cuʒ ferro. tertio modo sumitur vltimū pro sufficiēti ⁊ appropriato remedio: ita ꝙ nullū aliud valet nisi hoc: ⁊ isto modo sumitur hic: q: in cura morbi pendētis a materia furiosa adiutoriū sufficiēs ꝙ est vltimū in sufficiētia: sic ꝙ nullū aliud sufficit: nec aliud est tentandum: est euacuatio: ꝙ nullum aliud sufficiat: nec aliud sit fiendum probatum est cum dixit: ⁊ extimas ⁊c. ⁊ ideo hec ratio tenet virtute predictorū: ⁊ propterea Auic. quasi in modum conclusionis infert eam cum dicit. ergo. ¶ Considerādum tertio: ꝙ ratio pōt adaptari ad euacuationem materie fiendā ante digestionē propter superfluā multitudinem: q: non est aliud sufficiens auxiliū nisi de illa minorare. Questio. XXXII.

Dubitatur primo: vtrum mā furiosa sit mā calida: vel frigida. Videtur ꝙ frigida: q: iste materie sunt proprie furiose cum associant sibi motum vētositatis: vnde primo de crisi nono capitulo Gal. mutuauit hanc dictionem. s. furiosam egritudinibus: que mouentur motu furioso velociter: ⁊ proprie cum eis inest ab humiditatibus ⁊ ventositatibus motus diuersus: idem sumitur a Rasi. 16. continentis: sed mā vētose sunt frigide. s. phlegma ⁊ melācholia: vt sumitur tertio cañ. fen prima. capitulo de qualitate accidenti sode. ex materijs. ¶ In contrarium: q: febres que fiunt ab his materiebus sunt acute: vt intelligit ex asso. quarte particule Medicari in valde acutis: sʒ acute febres sunt de materiebus calidis. ¶ Dōm ꝙ mā furiosa debet habere duas cōditiones: vna ꝙ sit mobilis de mēbro ad mēbrū. Scđa ꝙ sit multi nocumēti actionē nature vehementer disturbans: vt intelligitur ex cōmēto asso. Digesta medicari: ⁊ ideo quidā sapientes vocant eā māṁ tumultuātem: q: mō hic: mō ibi tumultū facit. Alij vocāt eā arrogātē: siue furiosam ꝓpter cām notā. Pōt aūt hec mā eē multi nocumenti duabus de causis: vel q: sit multum male qualitatis cōtraria vite: q: hʒ quasi de nā venenosa ꝓꝑ suā multā maliciā ⁊ tendentiā ad puritatē elemētalē: vel quia licet non sit male qualitatis tamen motus subitus eius ad mēbra nobilia: vel principalia facit eaʒ causare accidentia mala. verbi grā. dolores ⁊ sensibilitates malas in mēbris ad que mouet. vt ꝟ. g. vt nūc febriens doleat in capite: nūc in gula: nūc in pectore: nūc sentiat nocumentum anhelitus propter eius motū ad pulmonē: nunc doleat in epate: nunc in stomacho: ⁊ sic nulla sit infirmo quies ⁊ hoc esse poterit: quāuis mā nō sit venenosa. ¶ Sed dubitatur. Si ista mā ē sic mobilis. ergo febriens nō deberet apparere cū febre ⁊ modo sine. ¶ Dōm ꝙ imaginabile est totā istam materiaʒ moueri: ⁊ tūc quocūqʒ moueatur semper ab ea surgunt fumi mali inflāmati petentes cor: ⁊ sic est semper febris: lʒ cū hac febre sit mala diuersificatio: q: modo plus calet ⁊ inflāmatur in vno mēbro: ⁊ mō in alio: ⁊ ideo possibile esset eaʒ subito propelli ad aliquod mēbrū extremū ⁊ longinquum vt pedem: ⁊ subito cessare fe. ⁊ sicut subito materia reuerti poterit iterum: ita subito reuertetur febris. Alio mō possumus imaginari māṁ hanc stare in venis: sicut in loco cōmuni: ⁊ ſm suas partes moueri: vt vnuʒ eius frustū modo vacillet: ⁊ modo aliud eius frustū: pars autē eius grossior quiescat. ¶ His premissis apparet ꝑmo: ꝙ he materie sunt humores: ⁊ nō sunt puri vapores: vel pure ventositates: q: ipse resoluerentur a natura in tali motu: vel si non resoluerentur a natura: resoluerent̄ arte: ⁊ nō indigeremus pharmacijs soluentibus. ¶ Secūdo apparet: ꝙ tales materie sunt calide: vt plurimuʒ: q: esse mobile de mēbro in mēbrū attestatur calori: q: frigus imobilitat ⁊ quietat. ¶ Tertio apparet: ꝙ iste sunt calide cholice maligne: q: tales sunt: q̄ sunt mobiles ⁊ venenose qualitatis: quā venenositatē acquirunt propter fortē calorē ⁊ male proprietatis. ¶ Quarto apparet: ꝙ nō sunt cholera eruginosa: q: lʒ sit venenosa tñ non habet istaʒ agibilitatē ⁊ mobilitatē: q: tenet de terreo propter vltimitatē adustionis. ¶ Quinto apparet: ꝙ multum subtilis propter cholere adustionē pōt dici mā furiosa: q: est mā mobilis multū: ⁊ multi nocumenti: non per venenositatem: sed per multā mobilitatē: vnde subito currit ad mēbra: ⁊ ledit illa. ¶ Sexto apparet: ꝙ non est impōle inuenire aliquā māṁ furiosam: q̄ nō sit frigida in virtute: ⁊ tamē superueniat sibi putredo: ⁊ post hoc faciet febreʒ: ⁊ qui vult imaginari hanc māṁ frigidam furiosam: imaginetur aquosum sperma mulierum: aut aquosū sperma virile: q̄ð emittitur in tactu mulieris sine coitu: ⁊ imaginetur illud ꝑ moram ⁊ congelationem conuerti ad naturam venenosaʒ: sicut fit in suffocatione matricis: ⁊ post hoc adueniat sibi sopitus calor ⁊ faciat in eo subtiliationem: ⁊ vapores in eo remanentes qui cōmoueant hanc materiam: ⁊ eaʒ per corpus portent agitando: erit hec materia mobilis ⁊ venenosa ⁊ frigida in radice: hoc autē rarissime euenit. ¶ Septimo apparet: ꝙ raro inueniuntur huiusmodi materie furiose: q: raro est ꝙ materie furiose cholerice veniant ad subtilitatem ⁊ mobilitatem multam ⁊ malitiā qualitatis: quia hoc non fit nisi propter multam extraneitatē ⁊ elongationem a natura humorali: ⁊ a natura hominis: ⁊ talia raro in nobis fiunt cum habeant extraneam cām: nec ēt frequēter reperitur virus sanguis valde subtilis: ⁊ multum ꝑ corpus mobilis. s. modo ad vnum mēbrum: modo ad aliud: ⁊

rarissime reperitur etiã materia venenosa talis: quales descripsimus. ergo bene dixit hippo. cum dixit. Multa ꝯo non sunt furiosa. At Gal. per venenositatem intelligit vapores aliquos: qui associant̃ materiebus calidis: ⁊ faciũt eos mobiles: imo ipse subtili ate multũ similes sunt vaporibus: ⁊ tales materie sunt calide: vel illa ventositas surgit ab aliis humoribus frigidis: ⁊ miscetur cũ istis materiebus calidis. Questio. XXXIII.

Dubitatur vtrũ mãe furiose possint apãre mẽbrũ. Uidet̃ ꝙ non. Quia sunt mobiles non figibiles in mẽbro: sed qḋ non figitur nõ apostemat. ℂ In cõtrariũ Aui. cũ dixit. Accidit apã pleureticum. ℂ Franciscus de pedemontium in expõne asso. Digesta medicaris: vult ꝙ mã furiosa non facit apã: ⁊ ꝙ timor ex ea non est timor apãtis: sed mortis sine apãte: ⁊ dat causam dictaꝫ. Ad Auic. respondet cũ dicit: accidit ex eo. s. materia plurima ⁊ non intelligit de furiosa. ℂ Nos dicamus mãs furiosas posse apostemare mẽbra. Et hoc intellexit Gal. in cõmẽto asso. quarte pticule. Medicari si expedit: cũ ꝑcipit purgari has mãs furiosas: ne ipse moueantur ad principalia mẽbra: ⁊ ea impleant. Si ergo Gal. timet impleri mẽbra nobilia ex mã furiosa timet eõ apãri. ℂ Amplius. Uẽtositates possunt apãre membra. ergo mãe iste furiose: que materie furiose nõ sunt minus corpulẽte q̃ꝫ mãe ille vẽtose: nec sunt magis mobiles. ℂ Amplius. Uidemus apã in cerebro fieri ex cholera adusta impura calida multum: ⁊ praua: que furiosa potest dici apostema mobile. ℂ Ad rõnẽ dicẽdũ ꝙ quãuis sit mobilis põt facere apã mobile. i. ꝙ modo in hoc mẽbro: modo in illo facit apãtionẽ per viã delitescẽtie: ⁊ motũ de mẽbro ad mẽbrũ. Questio. XXXIIII.

Dubitatur vtrum mã furiosa statim ꝑma die: vel scḋa: vel ante sit euacuãda. Uidetur ꝙ nõ: per rõnes qbus probauit supra: ꝙ mã indigesta: siue calida: siue frigida nõ dꝫ euãri. Primo. q: euãbit̃ iuuariuum vel euacuabitur subtilior pars ⁊ remanebit grossa. Scḋo. q: nocet maturationi. Tertio. q: agitãdo miscet malignũ cum bono. ℂ Amplius. materias subtiles: q: imbibũtur Auic. precipit digeri. ergo ⁊ materias furiosas. ℂ In cõtrarium est cõitas medicorũ. ℂ Dicendũ ꝙ statim non expectata digẽne mã furiosa debet euacuari. Ratio q: si dimittatur est periculũ mortis: vt declarauit Aui. In euacuatione autem eius fit preseruatio ab hoc: ⁊ non sequunt̃ nocumenta: que sequuntur in aliis materiebus indigestis. nã mã furiosa sui furiositate. s. mobilitate nõ sic est inepta euacuationi: sicut materie fixe stãtes: vnde Gal. primo de cris. quinto ca. dicit. In istis egritudinibus. s. de mã furiosa opꝫ vti medicina solutiua in principio earum: q: motus humiditatũ dominantium in corpore est iuuatiuus medicine vt facile eas attrahat: sed quecũq; humiditates sunt: que cũ hoc ꝙ non digerunt̃ omnino: sunt fixe stantes: nõ obediũt medicine solutiue. ergo illa tria nocumenta: que Auic. dicit fieri in euacuatione materie ante digestionẽ nõ sequunt̃ in euacuatione ante digestionem furiose materie: ipsa enim euacuatur affectante natura materiei ⁊ non euacuatur iuuatiuum: nec pars subtilis eius sola euacuatur: q: tota est subtilis: nec impeditur maturatio: q: non est apta maturationi: nec volumus eam maturare: nec miscetur malignũ cũ bono: imo educitur: ⁊ si aliquid de predictis accidit est parum: ⁊ magis eligimus hoc q̃ꝫ velimus hominem mori impetu furiose materie. ℂ Ad scḋm dicẽdũ: ꝙ materie subtiles non sic mobiles: sed iacentes q̃re imbibite in mẽbro: quas medicus extimat posse digeri in tanto tempore sine periculo: non sunt ante digestionem mouende. ℂ Ex qbus apparet: ꝙ medicus ab ipso principio fe. acu. debet habere potentem extimatiuã: qua iudicet hunc infirmũ debere mori furiositate materie vel multitudie materie nisi purgetur ante digestionem. hunc vero alium febrientẽ de materia etiam calida posse euadere: si dimittatur absq; euacuatione. Questio. XXXV.

Dubitatur vtrũ euacuans materiã furiosam eradicatiue debeat eã euacuare. ℂ Et dicendum: vt cõiter dicunt: ꝙ debet eradicatiue euacuari cũ pharmaco euacuante exoluente dato in dosi sufficiẽti aliis concedentibus vt: virtute etate ⁊ consimilibus: ratio quia materia furiosa vere tota est digestiõi inepta: ⁊ ideo si partem dimittis non est spes ꝙ digerat̃. ℂ Amplius. De parte eius quãuis sit parua etiã sit timor de morte: q: cum sit multum maligna: parum de ea potest hominẽ occidere: ⁊ hoc dixerunt aliqui fuisse preceptum Auic. cum dixit. Cum ergo. euacuatio enim eradicatiua est adiutorium vltimum: ⁊ ideo Ras. purgat in acutis ante digestionem cum scamonea: ⁊ hꝫ medicus prouidere: ne solutiuũ cũ sit calidum ⁊ siccum inflammet: vt. 19. continentis Ras. ⁊ Gal. in cõmento asso. In acutis passionibus ⁊c̃. Et hoc facit miscẽdo cũ solutiuo frigida ꝯsolãtia. vt notũ est. Qõ. XXXVI.

Dubitatur vtrũ mãm furiosam possemus euacuare per phlobothomiam. Uidet̃ ꝙ nõ. Quia Gal. in euacuatiõe eius semꝑ vĩ nominare pharmaciã: vt appet in cõmẽto asso. In acutis. ⁊ illo. Digesta medicari: ⁊ illo. Medicari in valde acutis. ℂ In ꝯtrium. Quia doloribus trãseuntibus a dorso in cubito: flõmia cõuenit vt hippo. in sexta particula asso. sed illa videt̃ mã furiosa. ℂ Amplius. In carbunculis phlobothomia precipitur a Gal. 14. terap. sed illis potest poni mã furiosa. ℂ Dicendũ ꝙ mã furiosa dicitur duplr̃. primo proprie: q: sit mobilis ⁊ venenose qualitatis: vt aliqua cholera valde mobilis: ⁊ istã opꝫ euacuare pharmaciã: ratio q: mã: que est multum male q̃litatis ⁊ hinc inde mobilis non potest esse sanguis: nec mã propinqua nãe sanguinis: nec sanguini multũ mixta: imo est distãs ⁊ extra illum currens. ergo opꝫ ꝙ euacuetur nõ phlobothomia: sed alio: qḋ eã attrahat a ꝓprietate. scḋo modo posset dici mã furiosa non sic proprie: sed sola mobilitate: ⁊ sic aliquis sanguis posset esse talis: ⁊ forsan ꝙ posset euacuari phlobothomia ꝯria cessent. ℂ Dubium autẽ caderet quid est illud: qḋ dat humori istã mobilitatẽ: an sit forma in eo: an vapor: ⁊ si vapor quid facit vaporem esse mobilem ad diuersos dictos põnis: ⁊ hec qḋ est physica: ⁊ metheorologica: ⁊ ideo hic omittatur.

Mã furiosa dr̃ dupliciter.

ℂ Et scias ꝙ flõmia q̃ est intentio sanguinis nõ est ex genere eius: in quo expectat̃ digõ expectatione: que est in solutiuis: ⁊ non expectatur digestio nisi in humoribus aliis.

ℂ Hic est scḋus casũ. in quo euacuamus ante digestionẽ que posset in posterum fieri in mã. Et primo premittit casum ⁊ innuit rõnem. 2° probat. 2° ibi. (Et cũ postponit̃.) Uel põt dici: ꝙ hꝫ partes tres: sicut ponendo dictũ tres rõnes adducit. ibi scḋa. (Et cum.) ibi 3ª. (Et forrasse.) Casus quem Auic. intelligit est iste. Aliqs hꝫ febrẽ ex sanguine: ⁊ talis febris est in principio: ⁊ nondum mã est digesta digestione: quã habebit: cum erit in statu: qd faciendũ Auicẽ. innuit casũ. ⁊ est ꝙ tu statim in principio phlebotomes: ⁊ nõ expectes digestionẽ: ⁊ innuit Auicẽ. hãc rõnem: q: ista phlobothomia in hac febre: cum sit mã que est sanguis: intẽdit ad sanguinis eductionem. Sed quãdo per phlobothomiã intẽdimus educere sanguinẽ nõ opꝫ expectare digestionẽ: sicut regulariter expectamus in euõne cũ pharmaco: q: tũc digõ nõ expectat̃ nisi in humoribus aliis a sanguine: ⁊ per ꝯñs in euacuationibus aliis a flõmia. ergo statiꝫ opꝫ phlebothomare scꝫ in ipso ꝑncipio feb. Qõ. XXXVII.

Dubitat̃ vtrum in flõmia fienda sit expectãda digestio. Et videtur ꝙ sic. per Gal. 9° terapeu. 7° cap. ⁊ xi°. ⁊. 14° cap. vbi precipit flõmandum esse sine indigestione: que est ſm ventrẽ. ℂ Amplius. Existentibus

humoribus grossis antiqui dabãt ante flõmiã digestiuũ: vt syrupum cũ hyssopo: vt Auic. primo can. cap. de flõmia ⁊ generalr cõprehenditur in cõmento affo. septime particule. dolores oculorũ. Et Gal. in libro de flõmia noue trãslationis hoc affirmat. ℂ Amplius. Aui. in cap. de flõmia in feb. sanguinea precipit ꝙ flõmia fiat superflua cũ affuerit maturatio. ℂ Amplius. Sanguis potest peccare subtilitate ⁊ grossitie. ergo opꝫ illum digeri. ℂ In contrariuꝫ Auicẽ. hic. Quidã dicunt ꝙ in flõmia minoratiua non dꝫ expectari digestio: sed in flõmia eradicatiua debet expectari digestio. Et videtur sumi ex Auic. cap. de flõmia vbi dicit ꝙ in febribus sanguineis nõ fiat flõmia superflua a principio: sed cum affuerit maturatio: fiat superflua flõmia: qꝛ remouetur multotiẽs febris in hora flõmie. Iste sermo potest reuerti ad bonum intellectum: ⁊ est ꝙ in pnͦ fe. in quibus flõmiã facimus minoratiuã: qꝛ est aliorum humorum peccatum in sanguine ⁊ non peccatũ in sanguine per se facimus illã non expectãtes aliquã digestionem: ⁊ in feb. sanguineis veris nos flobotbomamus statim eradicatiue: cũ est digestio: qꝛ statim est in eis digestio. ℂ Dynus vero dixit: ꝙ in flõmia facta rõne plectorie. i. repletionis omnium humorũ proportionaliter in sanguine augmentatorũ non debet expectari digestio: sed si flõmia fiat ratiõe peccati solius sanguinis: qui est humor ab alijs distinctus potest in ea expectari digestio. ℂ Nos dicamus sermones: qui dictis Auic. sunt conformes. ⁊ sunt ꝙ in flõmia aliquãdo est intentio sanguinis. i. intẽdimus sanguinis eductioneꝫ. aliquando est intentio aliorum humorum a sanguine: ⁊ in flobotbomia intentio sanguinis est quando febris est de sanguine abundãte in venis: qui vere est sanguis stãs sub forma sanguinis. Est autem dupliciter intelligibilis iste sanguis: vt dixit Haly. tractatu scdo. tegni vel ꝓ massa humorum in venis: quã cõitas medicorũ sic vocat: vel pro vno humore distincto: qui dr̃ sanguis solus: primo modo accipiendo sanguinem: augmentum eius est augmentum oiuꝫ humorum simul proportionabiliter: ⁊ ideo est in hoc peccatum solius quãtitatis per seiꝫ possit sequi in hoc peccatum qualitatis: vt in synocha sine putredine: ex qua etiam põt fieri synocha cum putredine: sed accipiendo sanguinẽ scdo modo augmentum eius est eius crescentia super alios si hoc fieri contingat: qđ forsan nõ contingit: vt bene dixit Dy. ℂ Dico igit̃ ꝙ si febris fiat de solo sanguine vero peccante in sola quãtitate primo ⁊ per se: licet scdo modo possit peccare in qualitate: tunc flõmia intendit in ea solũ sanguinem euacuare: qꝛ iste solus peccat. Et qꝛ sic est statiꝫ in principio huius fe. dꝫ talis flõmia fieri ⁊ non expectari digestio: sicut expectamus in solutiuis. Declaremus igit̃ primo: que est digestio: quã in solutiuis expectamus: ⁊ est qꝛ quãdo intentio pharmacie: est euõ humorũ habentiũ proprias formas extra sanguinẽ: vt in febre cholerica pura vl̃ in flegmatica pura: vel melãcholica pura: a principio harum febrium regulariter non damus pharmacum solutiuũ: cuius intentio fit euacuatio illorũ humorũ: sed primo digerimus mãm: postea euacuamus: ⁊ si a principio euacuamus ante digestionem est coacte: qꝛ mã est furiosa: vel multa: vt dictũ est supra ⁊ dicet̃: vel euacuamus pharmaco: in quo nõ est intẽtio illorũ humorũ: sed est intẽtio eductio fecũ: vt cum damus a principio cassiã. Sed de flõmia est totum cõtrarium ei: qđ dictũ est de pharmacia: qꝛ quando in flõmia est solius sanguinis eductio: vt in febre de ꝯo ⁊ multo sanguine: sicut in febre synocha sine putredine: statim a principio dꝫ fieri flõmia: ⁊ citius ꝗꝫ põt fieri: ⁊ nõ expedit ꝙ digeras mãm. Hoc Aui. ꝓbat tribus rõnibus. s. ꝙ in febre sanguinea: flõmia statiꝫ a pncipio sit fiẽda. pma est. Cũ flõmia est ad sanguinis abũdãtis eductionẽ: que flobotbomia est intentio sanguinis: nõ dꝫ digestio expectari: sicut in solutiuis: immo statiꝫ fieri debet in principio: si in fe. sanguinea est intentio flobotbomie sanguinis eductio: ⁊ fit ad abundantie sanguinis eductionem. ergo statim debet fieri: ⁊ nõ differri: vt premittatur digestio: sicut in solutiuis. Primã propositionem: in qua stat virtus rõnis Auic. habet pro nota ex hoc: qꝛ sanguis in quãto peccãs habens sanguinis formã est de se aptissimus euacuationi per flobotbomiã vnde aperta vena statim currit extra. ergo nõ debet digestio expectari: ⁊ hoc est: qđ dicit. Et scias ꝙ flõmia quãdo est intentio ⁊c. non est ex genere eius. s. euacuationis: in quo ⁊c. idest ad eã fiendã non debet expectari digestio. ℂ Dubitatur. Quare sanguis peccãs in quãto est ita aptus euacuationi: ⁊ alij humores non sunt apti suis euacuationibus in principio.

Propter qđ sãguis peccãs in quãto est apt⁹ euõni: nõ aũt alij humores.

ℂ Dicendum ꝙ augmentum sanguinis non sequitur extraneitatem complexionis in corpore: nec in substantia sua: eo habẽte formã sanguinis veri: ⁊ ideo est aptũ cursui: sed alij humores distincti a sanguine: quos sic distinctos ⁊ separatos solutiuum respicit vt trahibiles non possunt crescere: nisi cuꝫ malitia qualitatis in corpore: que est causa multiplicationis humorum maiorum: vel que associatur in eorum multiplicatione: ⁊ que consequitur: verbi gratia. frigiditas in excrescentia phlegmatis. In hac auteꝫ malitia huius qualitatis malignatur humor ⁊ fit incõuenientis substãtie: quãuis habeat formã humoralem: vt fit verbi gratia. flegma nimis viscosum: ⁊ iõ inobediens euacuationi: nisi disponatur ⁊ digeratur. Cum ergo alij humores a sanguine incipiunt facere febrem: iã acquisiuerũt maliciã: per quã succũbunt putredini: ⁊ non regulari sunt eorũ malicia a nã: ⁊ illa malitia qualitatis in eis est: per quã fiunt inconuenientis substãtie: ⁊ ipsa inconuenientia substãtie est etiã vna malitia: sanguis autem augmentatus in quãto saluãs verã formã sanguinis non potest in substãtia fieri extraneus: ita ꝙ euõationi non obediat. ⁊ cursui vena apta: qꝛ illa est ꝓpria sua euõ ⁊ nõ alia. Qõ. XXXVIII.

Dubitatur scdo. Si Aui. dicta ⁊ dicenda concludunt de febre sang. putrida. ℂ Et dicẽdũ: ꝙ si sanguis sit putridus non longinquus a forma sanguinis: sicut est in synocha putredinali a principio: ꝙ etiã digestio nõ debet expectari: quia ipse de se euacuationi est aptus: ⁊ ista synocha putredinalis est proprie illa: que est propinqua synoche sine putredine: qꝛ sanguis multa quãtitate putrescit: si autem sanguis putridus esset longinquus a nã veri sanguinis: et grossitie vel subtilitate: qbus putruit posset aliqua digestio expectari. Questio. XXXIX.

Dubitatur si sanguis vt dicit humorẽ sepatum ab alijs solus multiplicet̃: an phlebotbomia debeat fieri digestiõe expectata. ℂ Hic Dy. credit expectari debere digestionem: qꝛ iste sanguis non multiplicatur nisi malitia q̃litatis: vñ fit male subẽ. Sed Dynus dubitat an solus sanguis possit augmentari: ⁊ credit ꝙ non. ℂ Et nos dicamus: ꝙ si contingat soluꝫ sanguinẽ crescere in quãto: ⁊ cholãm: ⁊ flã: ⁊ melãã nõ multiplicari in eo: imo diminute quãtitatis eẽ in eo: ⁊ sanguis ille stat sub ꝟa forma sanguinis: ꝙ ipse est aptus cursui per flõmiã: ⁊ non dꝫ digestio expectari. Sãguis. n. stãs verus sanguis nõ sustinet magnum distemperamentum: vt dixit Auer. 3° collꝫ. cum dixit. Excessus vel exitus sanguinis in q̃litate dꝫ dici paucus. ℂ Iã ergo appet pᵃ rõ Auic. ⁊ est ꝙ flõmia statim a pnͦ dꝫ fieri cum est intentio sanguinis: ⁊ nõ expectari digestio mãe sanguinee euacuãde: qua digestiõe preparetur euõni: sicut expectat̃ in euõne per pharmaciã: ⁊ dixit hoc: qꝛ digõ ciborum in stomacho dꝫ expectari ⁊ ꝙ si in stomacho sit indigestio: non debet flõmia fieri: ⁊ per hoc cessant auctoritates Gal. ix. ⁊ xj. terap. ℂ Scda ratio Auicẽ. est probãs dictum premissum: ⁊ probat conclusionem principalem sic. Flõmia: in qua est intentio sanguinis cum postponitur a pnͦ non est ei intentio. ergo statim a pnͦ ẽ fiẽda. ℂ Tertia ratio. Flõmia statim a pnͦ est fienda: que si post

ponatur: potest interficere per aduentũ debilitatis sed flō-
mia: in qua est intentio sanguinis: cũo indicata a pn° si non
fit: ⁊ postea flōmeo: fortassis occides per aduentum debili-
tatis virtutis. he due rõnes vltie dclarabunt post. ℭ Ap-
paret ergo q si i flōmia ē itētio sanguis nō oz expectari digō: si
aũt in flōmia est intētio alioꝝ hũorũ a sanguie: qñq3 medi-
cus expectat digōnē: ⁊ qñq3 non. nã flōmia fit ꝑpter alios
humores a sanguine: q: alij humores peccãt in sanguie: vñ
sanguis in se nō h3 peccatũ: nisi q: alij humores infecerunt
sanguinē. Et iō flōmia fit vt illo sanguine corrupto exeun-
te: alij humores secũ mixti cũ in cũone sequãtur. ergo si illi
humores sunt multu3 cõnei in modis sube: non sequent in
cũone: nec ipse infectus sanguis bñ exibit: q: ab eis ē fact⁹
in suba ineptus: s3 potius apta vena exibit sanguis bonus:
⁊ spũs exalabit cũ eo. ḡ ops ꝑparare eos: ⁊ illũ sanguinē: ⁊
sic facere flōmiā postꝗ est eius indigētia: ⁊ illā viā ꝑcepe-
runt antiq: ⁊ ēt Gal. q humorib⁹ grossis exñtib⁹ cũ sangui-
ne siue sanguine exñte grosso digerat prius cu3 syrupo de
hysopo: postea flōmet. Et sub hac consideratione precipit
Aui. q in pn° egritudinũ de humorib⁹ cũ sanguine dimit-
tat flōmia ⁊ postea fiat si expedit: vnde in flatica febre flō-
miā in pn° dimissam facimus: cu3 vrina appet rubea gros-
sa: vt infra. Si autem illi humores sint cum sanguine mixti
⁊ in suba non sint multum cõnei ita q spes sit: q sequãtur
in cũone apta vena: tũc non indigemus digōne: sed flōmia-
mus. ℭ Cōsiderādũ aũt hic: q gradus pñt esse in mixtio-
ne aliorũ humoꝝ cũ sanguine: vñ flōmia ꝯce. lit. possent. n.
a pn° esse mixti tāta mixtione: q sufficiat ad flōmiā mino-
ratiuā. Et procedente febre est pōe mām saltē: q est cā añs
ita digeri ⁊ rectificari: q conueniet flōmia copiosior q3 in
pn° qua facta multum diminuta mā saltē: q est cā añs resi-
duo: ⁊ cãe coniuncte nō hñti renouationem ab aliũ virtus
dñabit ⁊ liberabitur patiēs se. in hora. i. cito: q: eadē die.
Et sic exponit sermo Aui. cap. de flōmia: qñ precipit in fe.
sanguinea. i. alijs humoribus sanguini mixtis fieri puā flō-
miā in pn°: s3 in processu copiosiorē: l3 iste sermo Aui. alijs
modis a me exponat ibi. ℭ Ex oibus iā dictis appet que
est dña inter flōmiā: cum est in ea intentio sanguinis cũo: ⁊
flōmiā cũ est intētio aliorũ humorũ a sanguine. nã cum in
flōmia est intētio sanguinis: fit copiosa: ⁊ quãto isti intētio-
ni magis appropinquat: fit copiosior: sicut in synocha sine
putredine potest copiosior fieri q3 in synocha cũ putredine
nã in synocha cum putredine sanguis est plus longinquus
a nãlitate sanguinis q3 in synocha sine putredine: ⁊ non so-
lum in se: s3 etiā q: putredo stati3 incipit associare alios hu
mores in distemperātia: vñ incipit excitari cholā. Et iō nō
potest sic copiosa fieri flōmia: l3 fiat in ea quãdoq3 vsq3 ad
syncopim: vt Gal. scrit. 9°. terap. tñ vt ibidē declarauimus
qui h3 synochā putredinale3 minori syncopisat flōmia: q3
hñs synochā sine putredine. Sed qñ in flōmia est aliorum
humorũ intētio inficiētiũ sanguinē: vel est intētio sanguinis
multũ corrupti: qui iã non pōt dici sanguis: fit nō copiosa
sed pauca minoratiua: vt notum est. Accidit tñ qñq3 q flō-
mia minoratiua iterata in plurib⁹ vicibus stat loco vnius
copiose eradicatiue. ⁊ potest dici eradicatiua. ℭ Contra-
ria oia iam apparent soluta.

Questio. XL.

Dubitatur scdo principalr: vtrũ flōmia: in qua est intentio sanguinis facta in pn° oz dici facta esse añ digōnem. ℭ Et vr q sic. ꝑ q: iste canõ. est exci-
piens a regulari: vbi fuit ꝑceptum: q nō euacues añ digō-
nem: ⁊ ꝑceptu3 est: nisi mã furiosa fuerit: ⁊ nisi cũo fiat flō-
mia: in q est intētio sanguinis cũo. ℭ Ampli⁹. Supra ha-
buit ipse ꝓ icōueniēti: q in pn° feb. sanguis eēt sedimē lau-
dabile. ℭ Ampli⁹. Febres in qbus hec flōmia fit: hñt qua-
tuor tēpora. ergo hñt pn^m qđ ab alijs distinguit ꝑ signa in-
digōnis. s. cruditatis. ℭ In ɔ̃rium. Si hec flōmia est facta
ante digōnē. igit est coacta: qđ est falsum: q: nulla vi regu-
lari: flōmia in egris: q3 illa q fit in hñte synocham ꝯpile
sine putredine. ℭ Huius dubitationis difficultatē Dynus
perpendit: ⁊ q: hec dubitatio non querit aliud nisi vtrum
in pn° febris synoche mã sit digesta pro vltimata rñsiōe
dicit: q nō oz dici digesta: nec indigesta: sed similis digeste
⁊ dicit: q nō ops expectare sedimē in vrina: q: vt dicit Gal.
in fine primi pronostic. Res que refugit operationem nãe
apud cōuersionem: quā facit in sanguine est sedimē residēs
in vrina: nũc aũt in febre synocha sine putredine: ⁊ cum non
sit malitia q̃litatis in humoribus: nō est res illa: q: hũores
tales de se sunt apti nutrire corpus. cũ non sit in eis nisi pec
catum multitudinis per se: ⁊ ideo in tali dispōne nō ops se-
dimē expectare. Dynus in pluribus dictis h3 bonā itētio-
nem: l3 se male explicare sciuerit. ℭ Nos dicamus ꝑ mani-
festum esse per se: q sanguis sola quãtitate peccãs per se: ⁊
sanguis veniēs ad peccatũ putredinis inchoãtis est aptus
euacuari per flōmiā. vt in synocha sine putredine ⁊ cu3 pu-
tredine pauca. ergo sanguis ē digestus digestione: que suf-
ficit pro hac euacuatione. imo si tardetur plus corrũpitur
⁊ fit plus ineptus cursui per flōmiā. Secundo iste sanguis
in processu: si febris tendit ad salute3: digeri poterit: ⁊ ostē-
detur sua digestio in vrina rubea habente sedimen album
pineatum: post cuius apparitionem faciet crisim fluxu san-
guinis narium: aut alr. Sed si debet esse mortalis poterit
apparere hypostasis nigra nisi preueniat suffocatio. Ap-
paret ergo solutio ad radicem quesiti an in pn° febris san-
guinis. s. synoche mã sit digesta. ℭ Dicendu3 q est digesta
digestione sufficienti euacuationi per flōmia3: ⁊ nulla alia
est ita sufficiens: si synocha est verissima ⁊ purissima: sed nō
est digesta digestione: quam adhuc in statu poterit habere.

ℭ Questio. XLI.

Sed tunc dubitatur. vtrum in isto principio synoche vrina habeat digestionem per alicu-
ius nebule: siue hypostasis apparitionem. ℭ Dicendu3 q
quãuis ab auctoribus famosis nihil habeamus scriptu3.
Auicen. n. capitulo de synocha non ponit signa ab vrina.
Gal. vero 9° terapēn. considerauit vrinam iuuenis haben-
tis synocham sine putredine: ⁊ prospexit in suba ⁊ in colo-
re non valde distare a naturalitate. Et ex hoc possumus su
spicari signum digestionis habuisse: qđ maxime in hypo-
stasi ostenditur. In alio autem iuuene febriente se. cũ putre
dine ispexit putredinis signũ ex vrina ⁊ alijs. ℭ Et ex hoc
aliqs posset arguere non habuisse hypostasim: q: cum pu-
tredo inchoat: nō pōt appere digōnis impressio contra cã.
Haly. tñ ⁊ Azaranius putredinem sanguinis in synocha a
fetore vrine indicãt. ℭ Nos dicamus: q ois signa siue in
vrina: siue in habitudine ⁊ pulsu: que demonstrãt humorē
peccãtem esse sanguineũ inquãto solo peccãtē: ⁊ si in qua-
li peccet: q illud est parũ: sunt signa istius digōnis. ℭ Di-
co scdo: q hypostasis facta ex actiōe nãe sup mãm sangui-
neā: cuius actio incipit a pn° febris: nō appet in pn°: q: nō
esset pn^m: sicut nec in alijs febribus: sed non vr posse absol-
uitcũ iste sanguis sit benignior: ⁊ nã añ febrē egerit in eius
parte3: imo pcc: q eo puncto: quo febris incipit: nã actio-
nem illā cōpleuerit: ⁊ tunc in pn° febris exeat cũ vrina tali
alba hypostasis: ⁊ hic eēt locus inuestigationis tñ h sit pōe
q: positatē cōfirmat benignitas humoris: ⁊ continua actio
parietũ venarũ in istũ sanguinē: ⁊ nã febris: que in pn° fuit
corpus parũ ꝑmutauit: cũ ēt sit ꝓm partē: ⁊ ex summa febriũ
ephi. s. illa q est sine putredine: ⁊ erit locus ɔsiderationis si
in alijs febribus: vt melicides ⁊ flaticides continuis posset ꝑ
similē modũ fieri hypostasis digōnis in pn° earum: aut per
modũ ꝓpinquũ illi: ⁊ vñ medicus posset decipi per illas vri-
nas in ꝑncipijs illarum febriũ: ⁊ nos nō possumus hoc hic
dicere. ℭ Si ergo vis sentire: q in pn° synoche cu3 putre-
dine vel sine putredine possit appere digestio in vrina per
apparitionem hypostasis. Solue sic ad rõnē Dyni cum di-

xit:ꝙ in sinocha sine putredine nō est res:que effugiat ope
rationē nature apud.i.post ↄc. ¶ Dicendū ꝙ immo est ta/
lis res:ꝛ cuȝ ꝓbatur ꝙ nō:qꝛ hūores peccant multitudine.
¶ Dicendum ꝙ hoc arguit oppᵐ : qꝛ.n.ibi est multa mul/
titudo boni sanguinis:nā egit in partez eius : ꝛ assimilauit
mēbris spermaticis.s.parietibus venaꝝ ꝛ arteriarū de al
bandoꝛ:ꝛ qꝛ nō idigebat tāto nutrimēto:quantum dealbat:
ideo ptez trāsmisit cuȝ vrina etiā in ipso pnº. ¶ Dubitaᵗ 2º
si natura expectat digōnē in sanguie:ꝛ postea expellit.ġre
oȝ facere ars. ¶ Amplius. Si sanguis est digestus in ipso
pnº:quare nā nō expellit illū. ¶ Dōm ꝙ nā agit sine intel/
lectu : ꝛ ideo māa que nō stimulāt ipsam tēptat digerere:ꝛ
postea expellit. Si igiᵗ vteretᵗ syllogismo ꝛ diceret:hic san
guis est cursilis ꝛ aptus eūoni:ꝛ si plus stat:posset occide/
re ꝛ fieri iepeius:tūc statiȝ a pnº expelleret:ꝛ iō aliqñ stimu
lata in pnº multitudine sanguinis facit euacuationē nō ex/
pectans aliā digōnem:quā hȝ in pnº. Appet igiᵗ ꝙ flōmia
in febre sinocha ꝓprie sine putredie est facta añ digestionē
futurā in statu:sed nō ante digōnē sufficientē eūoni. ¶ Ad
ↄtraria. Ad pᵐ dōȝ:ꝙ iste cañ.excipit a cañ.regulari i hoc
ꝙ ista eūo fit ante digestionē:que veniret post : si digereretᵗ
māa:ꝛ ideo non sic excipit:sicut tertius cañ. ꝛ primus ēt fm
aliquē itellectū. ¶ Ad 2ᵐ dōm:ꝙ a pnº Auic. nō vult ꝙ sit
laudabile sedimē factū ex alteratione illius sanguinis qui
incipit facere febrē:quia prius incipit digeri ꝙ̄ sit digestus
digestione ostēsa per hypostasiȝ laudatā. ¶ Ad 3ᵐ dōm:ꝙ
hȝ quatuor tēpora forsan nō distincta penes cruditatē ꝛ di
gestionē:vel hȝ ea:vt dictū est : quia iȝ sit de materia cruda
in pnº respectu eius:qd in ea est futurū:de digestione tñ nō
est cruda respectu eūonis per flōmiā. ¶ Sed dubitaᵗ ex di
ctis:ꝙ ratio Aui. 4º ↄtra Rasim nō vi tenere:qꝛ sic arguo.
Natura cū liberat a feb. sanguinis expectat digestionē talē
qꝫlē in pnº nō hñt febres sanguinis.ġ artifex oȝ hoc facere.
Hic sunt multe vie quas alijs dimitto:sȝ do magis ↄ̄neam
negādo añs:imo natura in pnº nō expectās qñqȝ aliud tpe
emorosagiā multā mouet : ꝛ subito liberat a sinocha pro/
prie sine putredine:sed nō sic facit in alijs febribꝰ. Hic esset
magnum dubiū ꝛ multa discutienda:que omitto.

Propi qd nā expectat digōnē in sanguie ꝛ ore ūit non. Propi qd si sanguis ē digestus in pnº nā nō expellit ipsum.

¶ Et cū postponitur flobothomia in principio
egritudinis:non amplius est ei intentio:ꝛ for/
tasse interficit per adductū debilitatis virtutis.

¶ Hec est secūda rō que ꝓbat principalē ↄclōnem:ꝙ in pnº.
flōmes in febre vera sanguinea : rō qꝛ cū postponiᵗ non est
ei intentio. Qō. XLII.

Dubitatur

vtrū quādo flōmia nō fit i pnº sit amplius
ei intentio. ¶ Vᵗ ꝙ sic.qꝛ Aui.lib.ꝑ ca.de flōmia:ꝛ Gal.
9º ter.ꝛ.xi.ꝛ in lib.de flōmia:vult ꝙ flōmia fiat quocunqȝ tē
pore est eius necessitas:siue in pnº:siue in.xl.die. ¶ In cō/
trariū Aui.hic. Quidā rudes dixerūt : cum flōmia oȝ fieri
a pnº ꝓp māꝫ furiosaȝ:ꝛ nō fit:nō potest fieri postea : quia
forsitasse materia furiosa interficit. ¶ Dynus dicit ſmonem
istū posse intelligi in flōmia min oratiua:cuiꝰ cū est idigen/
tia in pnº oȝ fieri:qꝛ virtus est fortior:ꝛ nōdum fuerūt acci
dentia ifirmū molestantia:sed posterius nō pōt sic fieri pro
prie in morbis:in quibus crisiȝ expectamꝰ:qꝛ idigemꝰ vir
tis robore:vnde sanguis ē recōdēdus ꝓ thesauro. ¶ Nos
dicamus ꝙ hic est sermo de flōmia:in qua est intentio san/
guinis:vt est in febre sinocha:ꝙ cū ipsa postponiᵗ:non est
ei intentio.s.illa que erat in pnº : in pnº.enim erat intentio
sanguinis hñtis formā sanguinis ꝛ paꝝ ꝑmutati:ꝛ ideo pote
rat fieri copiose:sed post pnᵐ sanguis est corruptus factus
magis distans a forma sanguinis:ꝛ aliqua colᵃ pōt eē ex/
citata.ergo flōmia non potest fieri sic copiosa sicut in pnº:ꝛ
sic nō hȝ itētionē.s.nec finē:nec vtilitatē.s.quā in pnº hēbat
nō ergo debuisti eā postponere. ¶ Ex his cessant ↄtraria:
qꝛ in quocūqȝ tpe video flōmie idigētiam : fac eā cū flōmia
quā in pnº debes facere:eūo itētio est sanguinis paꝝ pec
cātis eductio:si postponiᵗ nō est ei illa vtilitas:imo occidit
forsitasse:qꝛ infirmus est debilitatus prauitate egritudinis
ꝑcedētis dimisso auxilio magno. Et ideo flōmās potest tā
tā debilitatē addere : ꝙ ex hoc morieᵗ infirmus:hoc tamē
non est necessariū.ꝛ ideo dixit forsitasse.

¶ Et similiter si times victoriā humoris:magis
necessaria cautela est euacuatio. Et si nō est di/
gestus:non moueas nisi in principio.

¶ Quidā dixerunt istū cañ.esse de eūone māe furiose:sed iā
Aui.dixerat de hoc. Quidaȝ vt Dy.in parte videᵗ sentire
ꝙ iste cañ.quātū ad vnā partē est ↄtinuus ꝑcedēti:sȝ qꝫtuȝ
ad aliā excipiᵗ a cañ.supradicto in eo:qd itelligebaᵗ ab eo
scȝ ꝙ mā digesta euacueᵗ : hᵗ ergo nō oȝ fieri nisi nā nō eua
cuante. ¶ Nos dicamus ꝙ hic est tertiꝰ cañ.in quo ꝓbat
ꝙ apud necessitatē nō debemus expectare digōnē : imo in
pnº eūare qꝫuis mā sit cruda:ꝛ ꝑ cañ. ꝛ casuȝ ponit.2º qdē
declarat ibi 2º.(Apō statū.) Casus ē iste aliqs febrit febre
de tāta qꝫtitate māe:ꝛ qꝛ tā supflua ꝙ̄ times nām vinci:ꝛ hūo
rē vincere. Ꝑ.g.est flatica fe.de multo flate : ꝛ tante exube/
rātie:ꝙ nulla spes est nām digeri posse ꝓp supfluā multitu
dinē:ꝛ ideo infirmus morieᵗ.ergo statim in pnº:tu debes
eūare ꝛ nō expectare digōnē ꝛ hoc est qd diċ. Si times vi/
ctoriā hūoris.s.ꝓp suā multitudinē.magis necia cautela est
eūo scȝ minorās de illo hūore. ¶ Et ↄsidera qᵉ dixit hūoris
ꝛ per hoc intelligaᵗ victoria alioꝝ hūoꝝ a sanguie. Iā.n.in
cañ.ꝑcedēti istū dixit de multitudine supflua sanguinis:ꝙ sta
tim erat eūanda flōmia.hic ergo expediebat dicere exube/
rāte alio hūore a sanguie:an sit stati fiēda eūo:ꝛ dicit ꝙ sic.
¶ Cōsiderādū ꝙ dixit tꝑo:in quo hec eūo oȝ fieri : quia in
pnº qꝫuis nō sit digestus:Et hoc est qd dixit:ꝛ si nō sit dige/
stus.non moueas ↄc.i.in prinº eūa:qꝫuis non sit digestus.
¶ Cōsiderandū ꝙ tres casus hēmꝰ hucusqȝ : in quibꝰ sta/
tim a pnº eūamꝰ:nec expectamꝰ:ꝙ māvlterius digeratur.
Primus casus est:si mā ē furiosa.2ꝰ casus ē:si mā ē sanguis
stās sub forᵃ sanguinis peccās ꝑ in qꝫtiᵗᵉ sola. Et in his duo
bus casibus eūamus copiose in ꝑ casu cū farmacia.ꝛ in 2º.
cum flōmia. In scdo casu mā est digesta:sȝ ēt in pº casu ma/
teria aliqualr possit:dici digesta:qꝛ materia furiosa habilitatez aliquaȝ hȝ ad eūonē. Tertius casus est:ꝙ aliqs alius
humor a sanguine est superflue quantitatis:vt in febribus
cholericis:flaticis:ꝛ melicis:vñ nō speramus humorē pos
se digeri nisi farmacia minoreᵗ. Et ista eūo est minoratiua
ꝛ humor qui educiᵗ:non est digestus digestione:quā habe
bit pars eius:que remanet. Questio. XLIII.

Dubitatur

vtrū materia existente cruda in pnº.fe/
bris possit dari pharmacum solutiuū.
¶ Videtur ꝙ nō per tres cās:quas supra Auicē.assignat.
¶ Itē Hippo.dixit. Digesta medicari:ꝛ 4º regi.acu.dixit.
Quicunqȝ flegminātia hypocundria ↄc. ¶ In ↄtrariuȝ est
hic Auic.ꝛ Hippo.scdā ꝑticula affo.cum dixit. Incohan/
tibus morbis.ille enim apho.est:qui hic ponitur. ¶ Qui/
dam ꝑsumptuosi medici in febribus putridis statim a ꝑnci
pio omni die dant dosiȝ solutiui syrupi credētes sequi prece
ptuȝ Auic.in ca.de febre flegmatica. Ipsi tamē vt appare/
bit ibidē. Auic.nō sequitur:sed valde ꝑsumptuose operan
tur.naȝ euacuatio cū farmaco solutiuo in pnº febriū putri
daruȝ nō est regularis:sed coacta.nō ergo in omnibus:nec
omni die fieri oȝ. Amplius. Potest hec eūo facta oi die oc/
currere diei cretice. ¶ Quidaȝ alij sunt vilissimi predictis
oppositi.qui nūꝙ̄ in aliqua febre putrida a pnº darent me
dicinā solutiuā euacuātez exoluēdo:imo videᵗ eis magnū
quid:si dant paꝝ pulpe cassie cōsentientes dicto. Hip.ꝙ di/
gesta opȝ farmacare:ꝛ de quo plus miror est quod plus ꝙ̄
Commentator vir multe scientie non fuit ausus in purgādo
in principio febriū nisi cuȝ clysteri ꝛ lenibꝰ medicinis:sed

In febri-
bus putri
dis cum
apostema
te euacuā
da est in
principio.

per leues intelligit cassiam : ⁊ similia. vt apparet in techni
trac. 3°. illo cap. Euōnes vero. ¶ His omissis dicamus q̄
febres putride vel sunt cum apāte: vel sine apostemate. Et
dicantus parū de febribus apostemosis: q̄ de fluxus mate
rierū ad loca apostemosa plurimū est cū sanguine: ⁊ ideo
a principio plurimū facimus phlebotomiā: tñ tñ fit defluxus
aliarū materierū: quarū eductio nō posset fieri phleboto-
mia. Dicamus q̄ a principio hoꝝ apātū possumus vti far-
maciis euacuātibus ⁊ soluēdo: in quibus fit virtus eūandi
māꝫ: que fuit: siue que est in cursu: siue in fluxu: nō aūt māꝫ
que est in parte. Ratio p̄mi est: quia mā que fluit oꝫ diuerti
⁊ vt p̄supponit: nō potest fieri hec diuersio flōmia. ḡ farma
cia opꝫ fieri. s. q: est alius humor a sanguine qui fluit: ⁊ cuꝫ
hoc est valde superflue quantitatis : vnde nisi minoret̄ fiet
apostema tam magnū: q̄ īfirmus morietur necessariū est er-
go pharmaco minorare māꝫ ⁊ diuertere: ⁊ sic suadet Gal.
13°. terapē. in apātibus p̄ilum capitis: ⁊ sic generalr̄ p̄cipit
Aui. p̄mo lib. fen 4° cū dixit. Occultoꝝ apātū mā est mino
randa phlebotomia ⁊ solutione vētris ⁊c. ¶ Et q̄uis hic
cañ. sit sūptus a nā apostematis. tñ cū hoc opꝫ medicū con-
derare nām p̄icule apostemose: q: si dat farmacū ad diuer
tēdū ⁊ minorādum māꝫ oꝫ eē tale: q̄ versus illas p̄tes non
moueat: ⁊ ideo in apātibus itestinoꝝ ⁊ ani nō eēt bonū far
macū solutiuū: sed potius oporteret vomitu minorare ma-
teriā. ⁊ tu videas in his Gal. 13. terapē. Hec ergo euacua-
tio cū farmacia in p̄n° apostematū fit gr̄a māe q̄ fluit: ⁊ que
parata est fluere: de qua itēdim⁹ miorare ⁊ diuertere. māͫ
aūt apātis in mēbro quiescentē quasi fixā cū cū eo : sine icu
neatā nō debemus farmacia mouere: talis enīꝫ mā eo ipso
quo fit quiescens inepta est motui: ⁊ ideo temptās illā far-
maco educere cōmouet: ⁊ facit eā ledere loca sana: ⁊ indu-
xit Cōciliator diffe. 161. exēplum. q̄ hoc agere est ac si quis
arboreꝫ a terra conaret̄ euellere p̄iusq̄ lateralr̄ separetur
⁊ Aui. cū Hyp. dixit. eādē s̄niam primo li° fen 4° ca. 3°. cuꝫ
dixit. Cū autē humor in vno fuerit loco comprehensus ⁊c.
¶ Sed dubiū est: quō potero dare medicinā : que materiā
fluentē diuertat: ⁊ minoret euādo: ⁊ māͫ que est in apāte
nō euacuet. ¶ Ampli⁹. Talea farmacie aliquādo tali die
ab apāte incoante liberātur vt Gal. 13. terap. vñ dicit. Con
siderasti quosdā eoꝝ: qui inceperūt phlegmonare in oculis
purgati per inferiorē vētrē die vna curatos. ¶ Amplius.
Sicut māͫ fluentē possi est eē multā : vnde de corruptione
mēbri timeatur: ⁊ ruptura apostematis ante maturationē:
sic māͫ in parte stantē pos̄ est esse talē ⁊ tantaꝫ: q̄ timeat̄
ista. ¶ Amplius. In apātibus exteriorib⁹ māꝫ stātē in p̄te
cum est multa suffocatiua minoramus scarificatione: nō ex
pectātes maturationē : vt intelligit̄ li. p̄ fen 4°. quare sic in
apostematibus iterioribus farmacia facere poterimus: ac
cipiēdo qḋ in parte est de mā. ¶ Dicendū manifestū esse p
se q̄ materia que fluit: ⁊ que parata est fluere in p̄n° apātuꝫ
interioꝝ: ⁊ exterioꝝ etiā ponit̄ idigere minoratiōe: ⁊ diuer
sione per farmaciā: lꝫ frequentius per flōmā. Manifestuꝫ
est etiā q̄ iste materie eo ipso: q̄ sunt cursiles: sunt aliqualr̄
aptiores: vt violētia farmaci cursiles fiāt versus farmacū:
⁊ versus loca euōnis. manifestū est etiā q̄ māe : que qescūt
in mēbro: non sunt sic apte cursui nisi maturescant : ⁊ q̄uis
ille materie: que sunt in mēbro apostemoso quiescentes: fint
ille: que erāt s̄m spēm in cursu: tñ in mora aliqua sunt simul
compacte: ⁊ resolute in subtili carnꝫ. ⁊ cum sic est non sunt
obedientes farmaco. Insuper sunt magis elongate a vijs:
per quas farmacū oꝫ illas ducere: ⁊ ad quas. ¶ De primo
igitur iudicio extimatiuo medicus arbitrat̄ materias apo
stematū qescentes in apāte ineptas eē euōni per farmacuꝫ.
Sed materias currētes ⁊ currere paratas magis aptas: ⁊
quādo medicus stat sup hoc iudicio : ⁊ vult dare medicinā
solutiuā que euacuet miorādo ⁊ diuertēdo ⁊ nō agitet māꝫ
que est in p̄te quiescens: opꝫ sua bona extimatiōe cōponere
statim preuenire cū cibo:an in principio paroxismi, an augmento, an in statu cibare. ¶ Dicendum ꝙ in istis opꝫ ne febris inueniat stomachum vacuum a cibo. ⁊ ideo ante paroxismum. proxime tamen illi cibare minus est malum: vt cibus aliquam digestionem ceperit: etsi erratū est quocūqꝫ tempore sibi occurrere cibanium. ⁊ ita fecit Gal'. 10. tera. ⁊ in liᵒ de causis procatarticis. Aliter posset dici. ꝙ in istis posset esse syncopis per viam occursus cholere ad stomachum. ⁊ tunc oportet cibare ante paroxismum pauco tempore: vel in ipso principio paroxismi, vt cholera fluens ad stomachum non inueniat stomachum nudūꝫ: sed inueniat cibum, cum quo misceatur, ⁊ quo euacuetur: ⁊ quo eodeꝫ cibo stomachus confortetur. ¶ Si auteꝫ timor sit per viā resolutionis ⁊ arefactionis statim ante paroxismum oportet cibare: vt calor febrilis inueniat corpus humidum vaporibus primi cibi. s. cibi stomachi. ⁊ tunc consideret medicus adueniente paroxismo: ⁊ si videt addi ariditateꝫ ⁊ debilitatem signum est ꝙ non sufficit cibus datus ante paroxismum. quare iterum det de illo hora, qua videt necessitatem, ⁊ erit in statu apparentior talis necessitas. tamen si sine periculo posset differre ad declinationem esset hora conuenientior, vt dixit Gal'. 10. terapen.

¶ Et sunt de hominibus quidam: qui sunt exuberantis carnis: sed quū abscinditur ab eis cibus debilitātur ⁊ extenuationeꝫ incurrūt: q̄re nō tolerāt prohibitionē cibi. ¶ Questio. x.

Dubitatur de hoc cañ. q: ista sunt corpora calida. ⁊ humida: ⁊ ista possunt tolerare esse absqꝫ cibo: vt dixit Gal. octauo terapen. ¶ Dicendum, ꝙ corpora exuberantis carnis vel sunt rara resolubilia: ⁊ de istis est sermo Auicen. hic. ⁊ ideo. Dixit sunt quedam, que sunt densa in poris. ⁊ ista tolerant famem: ⁊ posset esse aliquibus carnosis aliqua specialis stomachi dispositio: et aptitudo resolutionis ⁊ debilitationis. Unde in eo non tolerare esse absqꝫ cibo.

¶ Et omnis cuius calor inatus fortis est valde, aut plurimus: aut calor innatus est valde debilis: non pōt dimittere cibum. Qō. xj.

Dubitatur de hoc cañ. q: contrariaruꝫ dispositionum: regimina debent esse contraria. Si ergo vnus nō toleraret esse sine cibo, alter deꝫ tolerare. ¶ Amplius. Calor innatus debilis parum resoluit. ergo toleraret eē absqꝫ cibo. ¶ Amplius. Senes facilr ferunt ieiunium. ⁊ tamen habent calidum debile. ¶ Rursus calor multus ostendit multam sanguinis copiam: ⁊ talis tolerat esse absqꝫ cibo. ¶ Dicendum ꝙ Auicē. intelligit per istos pueros ⁊ decrepitos, pueros: quorum calor est fortis scꝫ in qualitate, aut plurimus: scilicet in quantitate. ⁊ dicit hoc propter diuersitatem opinantium in complexione pueri ⁊ iuuenis: vel per hoc ꝙ dicit fortis itelligit corpora cholerica, vel dixit fortis in actione, ⁊ plurimus in forma: vel dicit fortis quoad iuuenes, plurimus quoad pueros. Uidetur tamen ꝙ idem velit per fortis ⁊ plurimus: q: vnum sibi opponit cum dixit: debile. quomodocunqꝫ ergo noster sermo exponatur est notus. per hoc autem quod dixit, aut calor innatus est valde debilis: intellexit decrepitos ⁊ non primos senes. ⁊ sic cessat argumentum penultimū. ¶ Dicamus ergo ꝙ pueri qui habent calidum multum resolubile non possunt dimittere cibum vt dixit aphori. Hippo. Decrepiti autem sunt sicut lucerna extinctioni parata. ⁊ iō non possunt dimittere cibum: sed in vtrisqꝫ est diuersitas in posse dimittere cibum: quia decrepiti indigent pauco et frequenti. sed pueri indigent pluri cibo ⁊ cum hoc etiam frequenti. ¶ Ad primum dicenduꝫ ꝙ contrarie dispositiones in eo: in quo sunt contrarie indigent regimine contrario. Plurimus enim calor: q: plus digere potest: plus cibi indicat ꝗ̄ paucus. ⁊ sic pueri ⁊ iuuenes plus cibi indicant ꝗ̄ decrepiti. Sed in quo conueniunt, etiam in regimine cōueniunt. Utercqꝫ enim est extinctioni paratus, nec non consumptioni: plurimus eniꝫ calor pueri per resolutionē: paucus vero decrepiti per viam extinctionis. ergo vtrisqꝫ cito subueniendum est cum cibo. ¶ Ad secundum dicendum. ꝙ licet calor debilis decrepiti parū resoluat. Si tamen sue parue resolutioni non succurratur: cito extinguitur nō habens ab intrinseco humidum conueniens vnctuosuꝫ. quo sustentetur. Hic tamen esset locus speculationis. ¶ Ad vltimū dōm, ꝙ multus sanguis resolubilis idicat cibū dari.

¶ Et de eis sunt quibuꝫ accidit dolor ⁊ lesio in stomacho ⁊ dolor capitis propter cōitatem: ⁊ isti sunt de hoc genere. Et istis fortasse sufficit aqua ordei: ⁊ fortasse egent vt misceant succuꝫ granatorum ⁊ similia illi: vt confortetur os stomachi. Et quandoqꝫ est nobis necessarium, vt faciamus eos vomere cum facilitate ante cibum. Et in plurimis istorum si debilitantur: et proprie si superuenit eis syncopis: causa non est vehementia debilitatis: imo effusio materiei ad os stomachi. Quum ergo summunt in potu syrupum acetosum permixtuꝫ cuꝫ aqua calida multa: aut vinū permixtuꝫ cū aqua multa euomunt in vomitu humores cholericos: ⁊ virtus eorum fit fortis. Quūqꝫ cibantur aliquo robub stipticorum sedantur.

¶ Hic est cañ. cibationis fm quandam dispositioneꝫ stomachi. ¶ Considerandum ꝙ homines quidam sunt infelices ex generatione: in qbus cholera fluit ad os stomachi qualibet leui causa omni die. de quibus Gal'. loquitur i techni trac. 1. ⁊ secundo capitulo de complexionibus: ⁊ secundo regiminis acuto. cōmento. 29. Cum ergo sit aliquis homo. cui statim incohoante paroxismo cholera fluit ad os stomachi: sequitur ex hoc dolor stomachi ⁊ dolor capitis, ⁊ multis ex eis syncopis: ⁊ hoc est quod dixit de eis. s. cholericis ⁊ istis sunt de hoc genere, scilꝫ non tolerantium esse absqꝫ cibo, vel de genere corporum, que requirunt regimen diuersum ab eo: quod diximus. vnde cogimur cibare añ paroxismum, vel in principio paroxismi, vel in aliqua hora paroxismi. ¶ Considerandum secundo, ꝙ dispositio horū corporum ⁊ superius dictoruꝫ differt: q: illa periclitantur via resolutionis ⁊ arefactionis: lꝫ tamen cuꝫ hoc alicui corum posset effundi cholera ad stomachum ⁊ facere syncopiꝫ. vnde dixit ibi fortasse superuenit ⁊c. sed isti: de quibus hic loquitur vt contra distinguuntur illis, periclitantur et male disponuntur syncopi dolore capitis ⁊ similibus accidentibus stomachalibus propter cholere effusionē ad stomachum: ⁊ non est causa in hoc debilitas per viam resolutionis: ⁊ debilitas sequens ex hoc. ⁊ iō non opꝫ ꝙ sint cholericissimi, vel cholerici habitudine. ⁊ ideo dixit Auic. Si superuenit eis syncopis causa non est vehementia debilitatis virtutis. immo effusio cholere ad os stomachi. Sꝫ posset contingere in isto etiam syncopis per viam debilitatis ⁊ resolutionis. Et ideo dixit, ⁊ in plurimis. ¶ Ex quibus apparet, ꝙ cibatio etiam differt. Dicti eni superius debēt cibari cibo nutritiuo ⁊ humectatiuo. verbi gratia. ptysana hordei ⁊ aliie. si tibi videtur. Et potest dari vinum etiam ante paroxismum vt innuit Gal'. in libro de causis procatarticis: sed isti qui sola percursione ad stomachuꝫ ipsius cholere habent hec accidentia. cibentur ante paroxismum ci/

bis medicinali [illegible] o refrenantibus cholere audat sam: ⁊ et
confortantibus o[illegible] omachi vt vino granatoꝝ vel syrupo ace
toso[illegible] cū euo[illegible] erint cū eis confortamus postea cuz aliquo
stiptico. vt rob [illegible] agresta vt scitur ex 3° can. fen. 13°. Et cuz
dispositio est m[illegible] ra. s. ꝙ corpora sunt cholerica sicca resolu
bilia ꝙ chol[illegible] a intēditur ⁊ timetur de fluxu ad stōm da
mus cibaria [illegible] te virtutis. s. nutritiua confortatiua ⁊ refri
in acuitatis ch[illegible] lere: ⁊ qz suspicandum, ꝙ multū ita fit. Et
ideo Gal. cū ra[illegible] forma cibationis processit. ⁊ Aui. hoc idē
imit cū dicit. [illegible] ō sufficere aquā ordei: mō sufficere vinum
granatorum [illegible] istrari: modo dare syrupum acetosuz. mo
do permixtum [illegible] um multa aqua. ⁊ scias hec.

¶ Et senes [illegible] uidem ⁊ debiles ⁊ infantes sunt
de genere [illegible] rum: qui non tollerant famem.
De primis [illegible] ero senibus sunt qui non sunt ve
hementis t[illegible] llerantie famis: ⁊ sequuntur eos
adolescent[illegible]: ⁊ proprie habentes solida mem
bra ampla [illegible] venas in aere frigido.

¶ Modo ponit [illegible] can. cibationis sm̄ etates. Et ꝑ hoc. Scḋo
errores docet [illegible] tari. ibi 2°. (Et multotiens.) Et lz can. su
perius positus [illegible] erit applicatus ad etatē: hic tū can. expꝛ
sior est ⁊ decl[illegible] illū. ⁊ forsan ꝙ illi sermones poterāt ad
aptari ad dis[illegible] etatū: ⁊ ad dispōnes siles illis: ꝗ nō es
sent ex etate: [illegible] egritudine alia vel alia pticulari dispōne
huius hois. [illegible] diceretur, ois cuius calor nālis est debilis
valde: vt de [illegible] aut plurimus valde vt puerorū: siue
hoc sit etate, [illegible] alia dispōne non pōt dimittere cibū: ⁊ sic
iste can. q hic [illegible] bit est solū de etatibus vel est manifestius
de etatib⁹: [illegible] parūper ad aliqd extra etatē ampliauit can.
cū dixit. ⁊ debiles. s. decrepitis similes. vt cōualescentes ex
morbo val[illegible] resolutiuo ⁊c̄. De primis vō senibus est apho.
Senes faci[illegible] ⁊c̄. ⁊ sequitur eos. s. senes in hoc, ꝙ est to
lerare famē [illegible] adolescentes. ¶ Cōtra imo iuuenes. ¶ Dōm,
ꝙ per adol[illegible] tes intelligit iuuenes ⁊ adolescentes. Ado
lescentia. n. [illegible] entutē significat: vt Cōciliator diffe. 124. ⁊ p
prie. s. primi [illegible] senes, q facillime ferūt ieiuniū sunt habētes so
lida mem[illegible] quoꝝ ēa prohibita a resolōne amplas venas
. s. et multa [illegible] ā cōtēmnō tū multo calo resoluētes ⁊ ampliā
te in aere [illegible] gido ⁊c̄. ⁊ proprie. s. adolescētes q sequunt in
tollerādo [illegible] ⁊c̄. Rasis vō. 17. cōtinētis 4° ca. vñ Aui. ac
cepit istu[illegible] ssum sic dicit. Illi q sunt debilis virtutis sicut
decrepiti [illegible] multe dissolutionis vt pueri, non psūt abstinere
a cibo. ⁊ post hoc illi q sunt in vltimo iuuētutis: maxime cū
eoꝝ corpora sunt duri, ⁊ actus pauce dissolōnis, ⁊ largi po
tus: ⁊ assu[illegible] cti a ere frido: ⁊ regimine grosso ante morbum.

¶ Et mu[illegible] ltotiens quidez errat medicus in hu
iusmodi [illegible] egrotis sm̄ alium modum: quoniam
ipse pro[illegible] ibet eis cibum in principio rei ⁊ quā
do appropinquat status ⁊ sciunt ꝙ cadit vir
tus: cibant in illa hora necessario. Iam vero er
go erra[illegible] uerunt duobus modis.

¶ Hic ponit errorem, qui accidit, vt illū euites. Scḋo osten
dit nocu[illegible] enta, que ex illo errore sunt. ibi 2°. (Et accidit.)
¶ Considerādū, ꝙ ille error aduenit multū medicis ⁊ fre
quenter. Ab ipso. n. pn̄° cōtenti can. superius posito. Et cum
ambigua ⁊c̄. subtiliār plus ꝗ̄ cōueniat. vñ cogūtur in statu
vel prope ingrossare. ⁊ hoc tota die accidit. ¶ Cōsiderādū
2°. ꝙ dixit sm̄ aliū modū. Multis. n. modis pōt in ciba
tione cadere error preter istū errorem. ergo iste est aliuꝫ ⁊
fuit vnus illoꝝ qui cibant ⁊ cōfortant in febre acuta. ⁊ iste
est alius ab illo. Silr fuit vnus non cibare cholericissimos
ante paroxismum, ⁊ iste est alius error. ¶ Cōsiderandum
tertio, ꝙ iam errauerunt duobus modis: vnus fuit, qui de

bebat in pn̄° cibare grossius: ⁊ nō cibauit. alius est q de
bebat in statu cibare subtilius, ⁊ cibauit grossius.

¶ Et si ipsi cibarant eos in principio: esset error
ille: ⁊ ignorantia in hunc errorem.

¶ Et si ipsi. Cōtra ꝙ cibasse eos in pncipio nō fuisset error. [illegible] aliquid error. [illegible] accipiūt
¶ Dōm ꝙ ois cibatio in febre mali includit aliquid error. Cibū quē accipiūt
ris, vt diximus supra apho. partic. 7°. Cibū quē accipiūt
febricitantes famis est virtus: sed in pn̄°. est minor error ꝗ̄
in statu vñ, vt iam apparuit. ¶ Vel dōm esti ciberent eos
. s. grossius ꝗ̄ debent in pn̄°, vt error ingrossationis vltra
debitum sit tollerabilior in pncipio ꝗ̄ in statu totius mor.
bi: ⁊ hic potes multa afferre de dictis 2° regi. acu.

¶ Et accidit istis egris vt accidant eis catarri
nauseatiui: ⁊ cholerice: ⁊ vigilatiui propter re
solutionem ⁊ priuationem digestionis: ⁊ in
quieti fiunt ⁊ alleuiantur ⁊ coarctantur mate
rie: ⁊ virtutes eorum ⁊ multiplicantur ipsorum
vapores: quare audiunt id quod non est: ⁊ tre
munt ⁊ citantur: vel saliunt: ⁊ permutantur in
lectis ⁊ imaginantur quod non est: ⁊ tremunt
vel saliunt labia eorum inferiora propter dolo
rem oris stomachi ⁊ contristantur anime eorū
propter grauitatem materie.

¶ Et accidit istis. s. qui non cibantur in pn̄° ⁊ postea subito
replentur in statu: vt accidant eis catarri ⁊c̄. ⁊ totus ille ser
mo est Hippo. 2° reg. acu. illo paragrapho. Multotiens a
tem accipit crudi de genere cholere. Et Cōmentator ibi
perfecte assignat cām hoꝝ accidentiū: videlicet catarri
cursus acuti materierū calidarū: ⁊ hoc fit tēpore abstinē
superfluae propter inflāmationem, ⁊ tempore etiā superflue
repletionis in statu: q cibaria corrumpuntur. vñ materie ca
dentes ⁊ fluentes in stomachum nauseam faciunt. Vigila
tiui. q̄ vigilant cum eis rami inanitionis vaporum ad caput ascendē
pter resolutionem. s. multorum vaporum priusꝗ̄ repleti post p
tium. vel resolutionem ex fame precedenti. Et priuationes
digestionis cibi: cū replētur versus statum: inquieti fiunt ⁊ re
soluitur tam in tempore inanitionis superflue ꝗ̄ repletio
nis. Alleuiantur propter vapores ad caput ascendentes in
vtroꝗ̄ tēpore. coarctātur mēc tempore repletionis: ⁊ ergo na
tura nō vacat ad illarum digōnes ⁊ expulsionē. ⁊ tēpore fa
mis: si debeāt cibari. propter debilitatē ex resolutione virtu
tis coarctātur: quando debilitantur ex resolutione vel ag
grauatione multiplicant ⁊c̄. Et reliqua sunt nota. ⁊ tu ad
iungas hic sermones Gal. in commento predicto.
¶ Supra capitulū de cibatione febrium.

Capra quod scias. ꝙ dieta tenuissima ha ne debilitatis diernis tēporibus raro cōcedit vō dixit. In tenuibus dietis ⁊c̄. etiaꝫ quicquid ac ciderit. de morte imputatur medico. Cap. 11.

¶ Cibaria vel nutrimenta. que possunt administrari patiē
ti sunt ista. primo succharum ro. habenti ventrem laxum.
vel succharum vio. in habentibus ventrem cōstipatū: q͡d
sic fit. Re. conserue ro. vel vio. ℥. i. panis suc. fini. ℥. ij. primo
ponitur. ℥. i. suc. in fractorio ligneo ⁊ ibidē subtiliter cōte
ritur: ⁊ postea ponit cōserua ⁊ miscetur cuz. i. ℥. suc. ⁊ post
quā bene cōmixta sunt: superponatur alia. ℥. suc. que gros
so° teritur simul cum pmis, ⁊ misceantur: ⁊ cum valde modi
ca quātitate aque ro. superaspergēdo aromatizetur. In pis
xide lata ponatur ⁊ detur vsui vnum coclear istius confe
cti. cum. iij. vel. iiij. ℥. aque bullite infrigidate.
¶ Alio modo potest dari malum granatumꝗ̄ si acetosum
fuerit lauetur primo cū duplici aqua: ⁊ si sit valde acetosum.

laua cuȝ aqua tepi. ne noceat pectoralibus per febres exic c.tis: ⁊ vt non causet tussim: ⁊ postea debet superaspergi zuccbarum abiecta aqua. postea debes administrare co/clea .i. vel. ij. Si malum granatum sit dulce sufficit ꝙ se/mel lauetur cum aqua frigida: ⁊ superaddatur minus de zuccbaro. Sed si muzum fuerit malū granatū: lauet semel cum aqua tepi. ⁊ sup. raspergatur modicum de zuccbaro.

Item tertio potest administrari medulla panis furfurei: si venter sit ꝯstipatus. si vēter sit lassus, debet bis ter vel qua ter cum aqua bulita vel refrigerata lauari: ⁊ postea potest administrari. i. vel. ij. vel. iij cocliearia sm ꝙ magis vel mi/nus volueris seu magis vis nutrire, ⁊ bibere. poste a parū de aqua bulita.

Item quarto pōt administrari cibus de ordeo, qui est du/plex. alius qui vocatur prisana. alius qui vocatur ordeatū. Nota ꝙ prisana alia est: que est pauci ord. ⁊ sic fit. ℞. ordei part. i. aque part. xx. buliant quousqȝ remaneant part. v. aque: ⁊ dȝ ministrari frigida nisi sit impedimentum vt oppilatio ⁊ strictura partiū pectoris. tunc enim tepide administret. vbi sciendū, ꝙ si volumus formaliter abstergere in mundi ficatione: debȝ esse or. depilatum ⁊ mundatum a cortice suo. Item nota ꝙ prisana potest fieri multipliciter. pͦ modo buliendo in ampho. que quāto est tenuior tāto melius bul lietur ⁊ cum minori periculo. Caueatur tamen vt ampho/ra successiue trahatur facta ebullitione, in principio: ⁊ tunc bene obturetur. 2° in lari buliendo vel in furno, vbi coqui/tur panis. Item tertio pōt fieri in duplici vase. vt ꝙ am/pho. in qua est aqua ⁊ or. ponatur in cacabo pleno aque: ⁊ fiat ignis sub cacabo. sicut superius diximus in docendo fie/ri aquam carnis. Itē nota ꝙ prisana est duplex: qr alia est simplex: ⁊ fit sicut diximus: ⁊ alia est composita ⁊ fit cuȝ predictis additis: ⁊ alia est appropriata morbo vt si sit stri/ctura pectoris vel tussis additur liquiritia rasa conquassa ta vel capilli ve. vel vue passe, vel ficus sicce. si sit oppilatio in splene, radix cappa. scolopen. cicorea. Si volumus ꝙ sit prouocatiua vrine: quando est quasi cocta admiscendo ci/cera ru. ⁊ fructus, vt sunt iuiube ⁊ sebesten.

Item quinto potest fieri ordeatū tripliciter. primo sic. ℞. or. mundatū: qd̄ lauetur in aqua fortiter terendo: ⁊ si aliqd supernatat abijciatur: ⁊ ponat ad temperādum in aqua te pida tota nocte: ⁊ in crastino coletur ab illa aqua: ⁊ ponat ad buliendum in alia: ⁊ buliat vsquequo crepare incipiat: ⁊ iterum coletur ⁊ ponatur in mortario in quo fortiter te/ratur: ⁊ cum pauco lacte amigdalarum. dissoluatur ⁊ cole tur comprimendo per stamineam: ⁊ addito lacte amigda/larum quar. s. superponat igni, ⁊ buliat fortiter sicut si eēt bos cōtinue agitando ne aduratur: ⁊ postea ponatur in pa rapside: ⁊ superaspergatur zuc. parū. maxime vbi est oppi latio, ⁊ vbi patiens est cholericus: qr parum zuc. vel nihil sufficit eis. ⁊ illud ꝓprie appellabitur chist or. i. succus or. Item secundo potest fieri ordeatum aliter. ℞. or. mūda/ti ablu. vt prius. q. s. vt quar. i. vel plus sm quantitatē: quā vis facere. ponatur in aqua tepi. 2° temperetur tota nocte. ⁊ coletur in mane. ⁊ buliat in alia aqua quousqȝ bene cre/pauerit: ⁊ postea coletur ⁊ ponatur ad coquendum cuȝ la/cte amigda. quar. s. continue agitando. ⁊ buliat fortiter: ⁊ istud vocatur ordeaceum coctum vel ordeaceum integrū: ⁊ superposito zuc. vt supra dictum est: detur. Item tertio potest fieri aliter. ℞. or. integrum cum corti. in quantitate bona: que tibi videtur. ⁊ ponatur in molendino. ⁊ fiat fari/na: que purgetur a furfu. cum setaceo: ⁊ postea farina sub/tilis ponatur in pastillo siue quocunqȝ alio vase, ⁊ ponatur in furno vbi stet quādiu panis stabit in coquēdo. ⁊ postea abijciatur: ⁊ farina ista in pixide vel sacculo vsui seruetur. Item quando esset necessitas capiatur quantitas suffi/ciens: ⁊ coquatur cum lacte amigda.

Item sexto potest fieri auenatum. Et fit dupliciter. primo sic. ℞. auenam purgatā a corticibus sm ꝙ vis, ⁊ lauetur in aqua tepi. postea fac eam bulire quousqȝ incipiat crepa re: ⁊ cola eam, ⁊ pone in mortario pistando cū lacte amig. postea cola per stamineam: ⁊ postea colata: iterū adde de lacte amigda. ⁊ coquatur continue agitando vsqȝ ad spissi/tudinem mediocrem. ministretur cum zuc. vt supra dictum est. Alio modo fit sicut ordeaceum secundo modo dictum.

Item septimo pōt fieri cibus de furfu. quod vocatur bo/reanima. ℞. subtilis furfu. frumenti: ita ꝙ furfur remanse rit pingue: ⁊ non omnino mundatū a farina. ⁊ illud furfur sumat cū farina postq̄ȝ semel mūdata est a furfu. grosso. ⁊ ponat ad tēperandū in aqua tepida anteq̄ȝ coquat. ⁊ post/quam residentiā fecit aqua plane abijciatur. ⁊ qd̄ residēdo manet cū lacte amig. quar. s. coq̄tur vsqȝ ad spissitudinem mediocrem: ⁊ postea administretur cuȝ zuccbaro: vt supra dictum est. Nota ꝙ si patiens abhorret ista cibaria: qr sunt dulcia ratione lactis: poterit aspergere zuccbarum: ⁊ gra/na granatorum prius abluta, vt dictum est.

Itē octauo fit cibus de oleribus. ℞. spinachie, borag. bu glo. attripl. ⁊ alia appropriata: vt dictū est supra cap̄ de cu/ra fe. pu. in gn̄ali. ⁊ electa mūdata buliant prius. ⁊ postea colent colata ꝯtūdātur minutiȝ. deinde cū lacte amig. coq̄ tur ꝯtinue mouēdo. ⁊ administra cū zuc. Et si patiēs nō dili/git. qr dulce: infundat ibi parū ace. vel vini granatorum.

Itē nono potest fieri cibus de cucurbita qui sic fit. ℞. cu cur. rasam ab extra. antequā semen emiserit perfecte: ⁊ fru statim incidas. ⁊ postea buliant cum pauca aqua. ij. vndis ⁊ coletur. ⁊ colata fortiter exprimatur inter duo incisoria. ⁊ postea subtiliter ꝯtūdatur. ⁊ ꝯtusa ponatur ad coquēdū cum lacte amig. ꝯtinue agitetur buliendo. ⁊ nō indiget tan to lacte sicut alia cibaria. ⁊ detur. ꝙ si rōne dulcedinis ab/horretur detur cū granis granato. vel cum suc. vue acerbe nouiter expresse. vel suc. grisomilorum. s. vue visine.

Itē decimo potest fieri cibus cuȝ amido. que cibaria non laudo in feb. pu. maxime ventre constipato: et si dulcoretur fluxus ventris bene. ⁊ vbi indigetur nutrire multum, ⁊ sic fit. ℞. amidum quantuȝ vis. dissoluatur in aqua tepida. ⁊ permittatur residere. ⁊ postea aqua supernatās abijciatur tota. ⁊ qd̄ resider ponatur ad coquendū cū lacte amig. ꝯti/nue agitādo. coq̄tur ⁊ det cū zuc. vel granis granatorum.

Item vndecimo fit cibus cum simila. ⁊ dicitur simila. i. se/mimolita: fit enim de granis semimolitis. i. de granis fru/mentinon bene moliti. ℞. frumenti electi quantum vis. po natur in molendino: quod non totaliter perfecte molatur: sed granum per medium diuidatur. ita ꝙ pars frumēti ali qua remaneat integra. postea farina abijciatur iterum per setacium grassum: ⁊ quod transit per tale setacium voca/tur simila. que sic paratur: primo lauatur cum. 8. vel. 9. aqu ita ꝙ partes terre, que de molendino ingresse sunt, abijciā tur. postea coquatur cum lacte amigda. continue agitan/do. ⁊ ministra cum zuccbaro vel cum granis gran. i. pul/mentum seu brodium.

Itē duodecimo fiant pureta de prima aqua decoc. legu/minum ⁊ spāliter cicerū ru. in partibus frigidis, vel pisorū in partibus ca. que pureta est duplex. vna est simplex, que sic fit. ℞. prime decoct. leguminum quantum vis: ⁊ butyri recentis quantum sufficit: vbi fe. non est: ⁊ olei vbi etiā fe. est acreste quantum sufficit: detur egro. Alia est compo sita, que sic fit. ℞. aque predicte quantum vis. ⁊ adde aro/mata, vt petrosellinum, sambucum, maioranam, saluiam, hysopum, ciminum puluerizatum zinzib. crocum, vel alia que vis. buliant iterum inunda: ⁊ quando dissoluentur ab igne. conde cum oleo vel butyro, vel acreste, racem, vel gri somilis. ⁊ detur.

Item decimotertio fit cibus de amigda. qui est quadru/plex vnus fit cum aqua frigida. vt. ℞. amigda. excor. quā/tum vis. terantur fortiter ⁊ dissoluantur cuȝ aqua frigida.

⁊ coletur

⁊ coletur exprimendo per pannum albumvel stamineatū. ⁊ illud nō approbo rōne aque frigide: que opilat. ℂ Alius fit eodem modo cū aqua bullita: ⁊ illud magis approbo. dūmodo non steterit diu factum. ⁊ in febribus non debet dimitti per spatium antequā detur: ⁊ vnctuositas que supernatat debet cum penna: plumā superducendo remoueri. ⁊ postea ministrari: q2 omne oleaginosuʒ est vnctuosuʒ. ⁊ omne vnctuosum sicut augmentat ignem. ita augmentat calorem febrileʒ. ℂ Alius fit. ℞. amigda. excorti. lib. i. vel plus ponatur in mortario. ⁊ dissoluatur cuʒ modica aqua prius bullita: ⁊ terantur for^{ter}: ⁊ post per stamineam coletur fortiter: taliter ꝙ id ꝙ inde manabit sit spissum: vt butyrum: vel caseus recens: ⁊ iste cibus ponitur super iuncos rotundos: vt quod subtile est coletur: ⁊ iste non est cibus pauperum: ⁊ vocatur butyrum amigda. ℂ Alius potest fieri cibus de amigdalis. ⁊ sic fit. primo bulliat aqua. ⁊ cuʒ ea dissoluantur amigda. excorticate dulces. ⁊ postea coletur ⁊ addatur petrosilium incisum: ⁊ alia de appropriatis superius dictis in principio. vel similibus. bulliat quousq3 incipiat inspissari vel ingrossari. ⁊ aliqui postq̄ʒ bullituʒ est ⁊ coctū ponunt oua mollia sue: in aq̄ bullita ⁊ dispumata.

ℂ Item decimoquarto fit cibus: ⁊ est cibus qui dicitur mundatum: ⁊ est ille qui portatur de catania: ⁊ fit de farina sub tiliori frumenti aliqualiter. ita ꝙ pasta non sit azima: nec perfecte fermentata. ⁊ postea extenditur in modum paruarum vngularum supra mēsam aliquaʒ: ⁊ ibi exiccatur per seipsum. Coquitur autem sic. Accipe de illo condito quantum vis: ⁊ totum conditum ponatur in lac amigda. ⁊ cum lacte bulliatur donec incipiat mollefieri. ⁊ postea detur. potest etiam non febricitantibus dari: ⁊ decoqui cū bona pinguedine bouis: vel montonis: vel caprarum: vel aliarum. Alio modo fit: ⁊ est cibus multi nutrimenti sicut amidum: est tamen cibus: qui non debet multum decoqui.

ℂ Item decimoquinto fit cibus de pullis: quem non doceo decoquere: sed prouideas ꝙ sint fasiani: ⁊ prouideas ꝙ in fe. non ponas carnes salsas: sed loco earum potes ponere acrestam cum toto earum: vel succum earum: vel parū aceti. et si vis facere magis infrigidatiuum: pone intra ventreʒ pulli lactucam: vel alia fe. frigida. Et nota ꝙ acresta nō debet poni ad coquendum cum rebus: cuʒ quibus decoquitur: nisi quando cibus ab igne deponitur: q2 si decoquitur cum cibis totum denigrat.

ℂ Iteʒ decimosexto fit alius cibus de paruis auibus de buscos: ⁊ nota ꝙ tales aues quāto habent rostrum gracilius: tanto sunt meliores: quia pascuntur cibos subtiliores. ⁊ iō sunt paucarum superfluitatum. Modus preparandi est: ꝙ prius infundantur parum in aqua calida, ⁊ postea ponantur in veru cum lardo recenti: ⁊ postea ponātur in acresta. que si non habeatur ponantur in aceto: ⁊ in aqua ro. prius quantum sufficit.

ℂ Iteʒ decimoseptimo fit cibus ex extremitatibus porci vel hedi. ⁊ ministrantur extremitates: quia sunt paucarum superfluitatum: ⁊ debent tamen decoqui multum: quia sunt partes neruose. Et nota ꝙ carnes iste debent: in aqua vna bulliri. ⁊ ibi dispumari. ⁊ postea decoqui in alia addendo petrosilinum: vel alia appropriata.

ℂ Iteʒ decimooctauo fit cibus de perdicibus: ⁊ ossiculis: ⁊ aliis auibus: que possunt assari: vel decoqui. ℂ Nota tamen ꝙ stante fe. non debent assari: q2 humide diete omnibus febri. conueniūt: nisi in magna virtutis debilitate: vel stante prostratione appetitus: ⁊ eo casu assentur ⁊ comedantur cum ace. ⁊ aqua ro. aū. vel cum suc. citrangoli. ⁊ nō ponitur de sale. vel quasi nihil. vel de suc. vue acerbe. vel in partibus frigidis cum suc. crisomiliorum.

ℂ Item decimonono fit cibus de piscibus. ℂ Nota ꝙ tales pisces debēt esse parui in fe. de locis petrosis: vel arenosis: vel nō lacunalibus: et de aquis currentibus cum quis squamis: q2 tales sunt paucorum superfluitatuʒ. ℂ Nota tamē ꝙ si tales pisces habent pulpā mollem non est vis de corū magnitudine: ⁊ debent decoqui in aqua: quia si fe. sit flegmatica. ponatur cum aqua tm̄ de vino albo. ⁊ coquantur cū eis herbe appropriate vt petrosilinum hyso. ⁊ similia. vel possunt decoqui. ⁊ in craticula assari. ⁊ conceduntur ⁊ ponuntur in ventribus eorum herbe appropriate.

ℂ Itē vigesimo fit cibus de ouis gallinarū recētibus. ⁊ non cōcedimus nisi vitellū: q2 est tēperatum: ⁊ albumē est frigidum: ⁊ cōceditur cū acresta vel aceto. Et vbi non habemus illa damus cū suc. maiorū grana. multū repressō cū aqua.

ℂ Item damus lactucā: portu. ⁊ qn̄q3 cucurbitam: l3 raro rōne magne viscositatis earū damus cū ace. Caue tamē ne acetum sit fortis acetositatis in fe. maxime: q2 noceret: sed tempera eius acetositateʒ cum aqua ro. vel aliis admixtis cum aceto. Acetum enim rumpit ⁊ carminat: ⁊ interiora in fe. sunt debilia: q2 propter fe. debilitata.

ℂ Item qn̄q3 cogitur medicus dare vinum in fe. primo q2 appetitus est inordinatus: sed stante fe. medicus d3 dare. vi. granatorum. vel det acetuʒ in paruissima quātitate multa aqua admixtum. vel det parum vi. de tor^{tu}ru. aque multe mixti. vel det vinum: qō in aliquibus ptibus fit de cerasis.

ℂ Itē cogitur medicus dare vinum cū virtus deficit. ⁊ spiritus etiā resoluitur. Et tunc. ℞. vini al. qō melius est: vel vini ru. si non habetur albuʒ: vel si pa^r. ad ru. nō afficit quātum vis: ⁊ infundatur in eo medulla panis calidissimi sicut exit de fur^{no}. ⁊ permittatur ꝙ vinum imbibetur in pane. post abiiciatur panis per pānū lineū al. vinū exn̄s in pane coletur ⁊ cū multa aqua misceatur. et si panē talē non habeas. fac vt sequitur. ℞. aq̄ dul. electe bullētis actu pt. iiij. vini planensis al. pt. i. misce in ampho. q̄ ponatur in aq̄ frigida ad refrigerādum illud vi. sic detur. vel si vis s̄m casus exigentiam misceatur magis de illa aqua. Et nota ꝙ vbi debet dari vinum in fe. oportet ꝙ diu steterit anteq̄ʒ detur mixtum cum aqua: ita etiam confert in cura ethice.

ℂ Canon in dando in potu aquam ordei ⁊ syrupum acetosum. Cap. x.

Aqua ordei quedam est: in quā non est de corpore ordei: nisi quod est sicut virtus ⁊ forma: ⁊ nō est ei introitus in curatione: aut fiducia in iuuamento: nisi quando est complete decoctionis. Et que de ea est melior: est vt sit aque quantitas sextariati. xx. ⁊ ordei sextariati. i. ⁊ sit iam reducta proprie ad quintam ⁊ assumatur illud: quod de ea rubeum est ⁊ subtile. Hoc enim est subtile cuius nutrimentum est minus: ⁊ cuius humectatio est maior ⁊ ablutio eius: ⁊ extractio superfluitatum ab ea: ⁊ digestio facta ab ipsa est multa equalis.

ℂ Promisit Auicen. in precedenti ca. ponere sermonem singularem in aqua ordei: ⁊ syrupo acetoso: q2 frequenter de eis dixerat in capitulis precedentibus. ⁊ ideo de his facit sermonē. ⁊ p̄ de modis cōponēdi hos potus. 2° ponit can. in eodem vsu. ibi 2ª. (Et aggregare.) primo in duas. primo ponit modū cōponēdi aquā ordei. 2° syrupuʒ aceto. ibi 2ª. (Et melior.) prima in duas. pmo ponit diuersitatē aque or. ex parte modi ponēdi ordeū in aqua. ⁊ modi decoctionis. 2° ex pte ordei in se. ibi 2ª. ℂ Et aqua qdeʒ ordei.) prima in duas sicut duo sunt hi modi. ibi 2ª. (Et de ea.) ℂ Considerādum: ꝙ ista est aqua ordei: qua cōiter vtimur in potu febricitātiū: ⁊ est in qua nō trāsit corpus ordei in aquā: s3 sola virtus: ⁊ hoc q2 pono ordeū integrū ad bulliēdū cū aqua.

vel non pono farinã ordei : sed corpus ordei. ⁊ q2 res subt spisse si debent suã virtutem in decoctione transmittere: in qua decoquunt opꝫ eas multum decoq. vt lib. 2. cap. 5. iõ opꝫ istã aquã cõplere decoqui. aliter nec curat nec vtilitatem facit: q2 nec abstergit: nec nutrit. ℂ Considerãdũ scðo q nõ sic absolutur ista aqua a partibus corporis ordei qn aliquid trãseat: sed illud est paruum: ⁊ parum nutrit: sed virtus ordei superficialis: que est abstersiua transit. ⁊ iõ plus abstergit ⁊ aperit. ⁊ vt sic digerit digestione leui: q2 non facit fortem impressionem: nec in infrigidãdo: nec in aperiendo. ⁊ iõ dixit digestiõe eq̃li. i. leui. humectatio. n. ⁊ ablutio est ꝓprie per aquã. extractio aũt superfluitatuꝫ est ꝓprie per abstersionẽ ⁊ ablutionẽ: ⁊ abstrahit illa per fecẽ: ⁊ etiã per vrinã. et si vis istã magis medicinalem ⁊ minus nutritiuã: permitte eã residere: ⁊ abijce fecẽ eius ⁊ notũ ẽ. Sacrarius est apud aliquos ponde. 3. 4. cum media. Alij dicunt q est pondus. 3. 6. sꝫ nõ laboramus in hoc: q2 hic põt cadere error. vult. n. q sint. xx. ponð. aq̃ ⁊ vnum ordei: que apud nos non dicitur ptisana: sed aqua ordei. Questio. I.

Dubitatur vtrũ aqua ordei sit potus conueniens omni febricitanti. ℂ Videtur q sic: q2 in febre calida ⁊ frigida istã Auicẽ. laudat. 2° can. cap. de ordeo. ℂ Amplius. Ptisana ordei cõmẽdatur generaliter sup omne de grano factũ cibariũ in his acutis passiõibus. quare ⁊ aq̃ ordei cũ sit medicinalis. ℂ Amplius. Aqua hordei infrigidat ⁊ humectat: q2 ordeũ frigidũ est ⁊ humidũ. vnde ordeũ humidius est frumẽto. vt Arist. problematuꝫ primo. 36. ꝓblemate. ℂ In 9riũ: q2 aq̃ ordei exiccat: q2 est siccũ in virtute: vt 2° can. ℂ Amplius. Calefacit vt. 16. cõtinentis. vbi vtendum est eo: q2 calefacit: vt aqua ordei ⁊ aqua mellis. ℂ Dõm primo: q aq̃ ordei: q̃ est qdã potus ⁊ non ptisana põt fieri magis abstersiua ⁊ minus infrigidans: ⁊ minus humectans: ⁊ hoc est quãdo ab ordeo exterior cortex abijcit: ⁊ nõ interior. Alia est que fit ex ordeo cũ suo cortice abiecto: ⁊ ista minus abstergit ⁊ magis humectat ⁊ magis nutrit. est. n. in cortice ordei vtus abstersiua. ⁊ hos duos modos aque ordei Mesue posuit. ℂ Secũdo dõm est: q hic non est questio: an cõpetat vt cibus quo sint contenti febricitantes: q2 notum est: q non competeret nisi in febre peracuta: in qua compertit dieta subtilissima nõ in vltimo: que est nihil dare: vel dare vinum granatorum vel sulep subtile solum: ⁊ hec sunt nõ ex premissis. ℂ Sed dubitatio est: an aqua ordei cõpetat eis vt quidã potus quotidianus ⁊ extraordinarius. febricitantes. n. non pñt tenere: quin sepe potare velint. ℂ Et dõm q in febrib9 calidis. vt febre acuta: cholericis ⁊ sanguineis potest satis concedi iste potus. Ratio est: q2 lauat: abstergit ⁊ prouocat: ⁊ temperat calorẽ. Cito etiã de stomacho exit vt intelligitur ab Halyabate. 5. theorice cap. de ordeo: sed an vel eam magis abstersiuaꝫ ⁊ medicinalẽ: an minus in te est sm q apparet de dispositione. In febribus aũt frigidis: ⁊ flegmaticis: ⁊ melãcholicis: ⁊ proprie: q̃ sunt interpolate: in q̃bus nõ q̃rit tãta infridatio: nõ est forsan potus sic assiduandus. et si eã vis vti oꝫ esse abstersiua: ⁊ forsan mixta cum apio ⁊ feniculo. vt docet Auicẽ. in 2°. ℂ Sed. s. d. quem potum dabo vt quotidianum istis habẽtibus febres frigidas. ℂ Dõm q aquã ordei ꝓperatã: vt diximus: vel aquam cum pauco succha° nõ al. si vis: q plus abstergat. Et 9tinue in febrib9 fortibus ⁊ acutis vtimur pro potu 9tinuo vino granatoꝝ. nisi velimus aquã ordei. ℂ Ad 9ria dõm. ad ꝑm q Auic. nõ cõcedit solã aquã ordei in febribus frigidis: sꝫ cuꝫ apio ⁊ feniculo. ℂ Ad 2m dicenduꝫ: q arguit q in acutis febribus sit potus bonus. ℂ Ad 3m dõm: q q̃rit complexionẽ: an ordeũ sit siccũ: vel humidũ. ⁊ dõm q ordeũ in cõplexione est siccũ virtute: et si hꝫ q̃sdã ptes humidas non bñ digestas: ⁊ signum est: q2 est ventosum ⁊ inflãmatiuum. ⁊ est simile sicut diximus q ruta recens ⁊ zinziber sunt cõplexionis sicce virtualiter: cũ hoc hñt quãdã humiditatẽ accidentalem superfluã: signum in ruta recẽti: q2 est ventosa: ⁊ in zinzibere: quia fit in eo cito vermis. Qui ergo dicũt ordeũ esse humidũ: intelligũt mõ ꝑdicto. eius aũt humiditas inflãmatiua per decoctionẽ digerit: ⁊ quãuis ordeum sit siccum. imo apud Halyabatẽ siccius est q̃ frigidũ. tẽperat eius siccitas humiditate aq̃. ⁊ iõ aq̃ ordei remanet infrigidãs: ⁊ aliqualr humectãs. ⁊ proprie qñ ordeũ est ab omni cortice exteriori perfecte mũdũ. ℂ Ad Rasim dõm: q credo illum textum esse corruptũ: ⁊ vult dicere vtẽdũ eo: qð non calefacit. Vel dicẽdum aqua ordei calefacit. i. minus infrigidat aq̃ pura. Vel loquit de aq̃ ordei: q̃ est abstersiua plus: q̃ minus infridat q̃ illa: q̃ est plus lauatiua ⁊ humectatiua ⁊ minus abstersiua. ⁊ q̃libet illarũ apparet ex ꝑdictis. Questio. II.

Dubitatur scðo: an aqua debeat eẽ viginrupla ad hordeũ. ℂ Videtur q non: q2 Haliab. 5. docet accipere vnã partem ordei ⁊. 15. aque. Isaac ƀo in dietis pticularibus. x. ptes aque ⁊ vnã ordei. Zoar ƀo. 16. trac. tesei r. ca. de cura apostatis pectoris. ij. ptes aque ⁊ vnaꝫ ordei. Auicẽ. ƀo. ⁊ Mes. concordant. Questio. III.

Dubitatur tertio de quãtitate: ad quã in decoctione debent peruenire. Auic. n. docet illam reducere ad quintã ptem. Mes. ƀo ad medietatẽ siue ad tertiã ptem. Isaac ƀo ad vnã partem. ℂ Omnes q̃stiones hmõi soluunt. nã aquã ordei magis facimus ĩfrigidatiuã: humectatiuã: ⁊ lauatiuã p multã aq̃ quãtitatẽ: ⁊ paucã ordei: ⁊ p decoctionẽ paucã. ⁊ hoc est qð hodie fit ad lasciuiã febricitãtium. facimus aũt aquã ordei habentẽ plus de virtute ordei abstersiuã ⁊ nutritiuam per multuꝫ ordeũ ⁊ multã decoctionem. ⁊ quãdoqꝫ decoquitur tm̃ q multũ trãsit de hordei virtute ⁊ corpore in aquã: ⁊ facit residentiã: que est sicut ptisana. Nostri igitur auctores processerũt diuersis iudicijs extimatiuis sm diuersitatẽ febrium ⁊ climatum. ⁊ ideo pauci concordãt in compositione aque ordei. ⁊ tamen quilibet verum dicit.

ℂ Et decta est: in qua est aliquid de corpore ordei: ⁊ farina eius.

ℂ Hic est secundus modus aque ordei: ⁊ est illa: in qua est aliquid de corpore hordei: ⁊ farina eius. ⁊ primo ponit B. 2° ponit cañ. circa hoc. ibi 2°. (Et qð magis.) ℂ Considerandum: q aqua ordei: in qua est aliqd de corpore ordei: ⁊ farina eius põt fieri tripliciter. Primo decoquendo ordeũ integrum prius depilatum: ⁊ cõfricatũ vltime tanta decoctione: q pars eius intrinseca erũpat in aquã crepando: ⁊ fiat decoctio eius multa: ⁊ subtile huius aque est medicinalius: ⁊ grossum est nutritiuũ plus. ⁊ ideo quidã nolẽtes q de corpore ordei aliquid trãseat ligãt hordeum in petia. Secundo fit frangendo ordeum: qð apud nos vocatur farlam sub ꝓportione: que nobis vi. ⁊ vocat ptisana ordei. Tertio fit accipiendo farinã hordei: ⁊ decoquẽdo il-

ℂ Et magis dilectuꝫ mihi in huiusmodi est: vt non sit plurimuꝫ decoctuꝫ. imo secundũ mensuraꝫ: que auferat inflationeꝫ: ⁊ non perueniat ad hoc vt faciat ipsaꝫ viscosaꝫ vehementer. Et huiusmodi quideꝫ est pluris nutrimenti ⁊ minoris ablutionis ⁊ digestionis.

ℂ Primus cañ. est ad remouendum errorẽ. nã multi considerãtes: q Ga. precepit multã decoctionem ptisane ordei possunt superfluere in decoctione. ⁊ ideo vult q eius decoctio sit conueniens non superflua: nec diminuta: ⁊ de hoc stat iudicio experti coqui. Apud nos autem eius perfecta decoctio multum odore cognoscitur.

ℂ Et accidit ei multotiens vt acetet in stomacho frigido in substantia sua: et si sit in eo calor

extraneus multus de malitia complexionis.

¶ Hic est scdus can. ¶ Considerādum q iā a nobis prolixe declaratum est qualiter fiat acetositas cibi in stomacho: & quō fit a calido: & quō fit a frido. Cū aūt stomachus est nālīter calidus: & accītalr frigidus: vt in cholerico vel iuuene febriēte fit cōuersio rerū ad fumosum. Cū autem stomachus est in nā fridus: lz caleфiat accītalr: causat in rebus aquosis frigidis sicut lac & aq̄ ordei ebulitionem & q̄si putredinem. vn̄ acescunt in tali stomacho res hō. & iō ifantes hñtes causonē pp calidū obtusum esse ab humido. vn̄ non comburit: sed ebulire facit lac: & acescit lac in stomachis eorum. vt apparebit in capitulo de causone.

¶ Et aqua quidē ordei quādoqz est decocta ex ordeo ipso sicut est: & quādoqz est excorticatū.

¶ Hic ponit modos aque ordei fm ordei diuersitatē. ¶ Cōsiderandum q ordeum ipsum posset intelligi ordeū a nullo cortice mundatuz. & hic modus non est in vsu: nec videt conueniens scdm Azarauium lib. 16. primo cap. vbi dicit q si in ordeo remanet aliquid de cortice exteriori cōmouet tussim & ventositatez. Alio modo per ordeū illiū intelligimus ordeū mundatū ab exteriori cortice grosso: & per ordeum excorticatū intelligimus ordeum ab oī cortice mundatū. s. exteriori & interiori. & hic vī modus nostrox auctorum: in quo ille aq̄ ordei differunt. iō apparet ex dictis. Si aūt vis p ordeū ipsum non excorticatū intelligi ordeū sicut est: & a nullo cortice mundum non prohibeo. Et erit illa aq̄ ordei fortioris abstersionis. Unde Auēzoar de ea dixit q ipsa laxat ventrem. Questio. IIII.

Dubitatur vtrū ordeū: de quo fit aqua ordei debeat eē ordeū grossum vel minutū. ¶ Videt q grossuz p Azarauiū. Videt q minutū p Mes. cap. de aq̄ ordei: vbi dicit. Sit ordeū subtile. ¶ Dōm q ordeuz grossuz vī esse i cōplexiōe humidius ordeo paruo. ipsa. n. maioritas & ptēsior sui corporis osidit eius maiorē humiditatē. & iō si vis aquā magis humectātē in febrib⁹ ɔueniētius est facere illā ex ordeo grosso. & ita cōiter fit in ptibus nostris. Si aūt vis illā nō sic humectantē: fac illā ex ordeo minuto: & sic cessant ɔ̄ria. ¶ Vel dōm: q p ordeū subtile intelligit Mesue ordeū: qō nos vocamus grossum: qō debet esse oblongū nō cōtractum grossum. Qō. V.

Dubitatur an ordeū: ex quo fit aqua ordei debeat esse integrum: quando ponitur ad bulliendum: vel confractum. ¶ Videtur q confractū p Isaac in dietis particularibus: vbi dicit. Confrangatur ordeum: & Azarauius lib. 26. primo cap. vbi dicit. Moletur vel pistetur in mortario ō lapideo: & Halyab. 5. practice. vbi dicit: Teratur moderate. ¶ In contrariū est Zoar. primo theysir. vbi vult. q qui frangunt ordeum sunt longinqui a via veritatis: quia in vnoquoqz semine est virtus naturalis antequā destruatur & frangatur: & per illam virtutem alterat que sequitur eius integritatem: per quā trahit ad se aquā. & in summa vult Auenzoar: q ordeum integrum hz virtutem: q̄ sequit eius integritatē: per quā trahit aquā: qn̄ stat in infusione: & antequā bulliat: sz qn̄ bulit aperiunt eius pori. & hec aq̄ ordei hz ordei virtutem: sz si ordeum frangitur morit ibi virtus in eo. & est simile de hoc: sicut de ordeo: q si seminatur: integruz nascitur: & trahit ad se humiditatē a terra: sed si frāgat non nascitur. & hāc rōnē sumpsit Auer. colliget 5. cap. de ordeo auctoritate Auenzoar. ¶ Ista cōtradictio leuiter tollit. nā si vis aquā ordei magis nutritiuam: vt de farina siue medulla grani ordei aliquid in aquā trāseat: opz conterrere ordeum. Si autem vis aquā ordei magis medicinalem alteratiuam: & abstersiuam sine nutricatione: bulliat ordeum integrum. Multi tn̄ auctores: qn̄ precipiūt ordeū cōfrāgi: nō intelligūt: q rūpat: sz q pistet vt separetur cortex ab eo. & sic intellexit Isaac.

¶ Et melior quidem syrupus acetosus apud me est ille: in quo ponitur zuccharum in vase. deinde funditur super ipsuz acetuz forte: qō fit de vino tante quantitatis: vt eleuetur sup dorsum zucchari. imo dimittat ipsuz discoopertū. deinde ponuntur sub vase carbones quieti & cinis calidus donec liquefiat zuccharū in aceto sine ebulitione. deinde colligit spuma & dimittitur vna hora cuz multo calore: donec misceat zuccharum cum aceto. deinde funditur super ipsuz aque quantitas duoruz digitorū & bulit vsqz ad spissitudinem.

¶ Considerāduz: q in hoc syrupo acetoso est infrigidatio p aquā & acetum. Est ēt humectatio p aquā. ēt aliq̄liter p zuccharū: si nō est antiquū: & incidit & aperit p acetū. & abstergit per zuccharū: & ēt apit: & hoc est potus conueniēs in fe. & de hoc syrupo nos iā fecimus tractatum singularē: dixit aūt acetū: qō est de vino: q2 istud ē magis lcisiuū & pfundās plus. ¶ Cōsiderādū: q lz ponat hic q aceti quātitas: q̄ infundat zucchax remaneat discoopertū. tn̄ opz i cōpōne hui⁹ syrupi ɔsiderare hoiūz nās: vt dī. 5. can̄. tra. 6. Sicut. n. homines diuersificant i vsu vini. vn̄ qdā pñt vti puro: & qdaz nō sic. Ita est de vsu aceti: & rerū acetosax. & iō opz facere syrupū acetosuz diuersum in acetositate fm diuersitatem hominū. & est intentio. G. 4. de re. sa. & Serap. 7. prac. Sic igitur syrupus q ponit hic est vsualis: & cōis compōnis. & qn̄ vteris eo potes plus vel minus ponere de eq̄: vt virtus aceti plus vel minus frāgat. & illa nos scripsimus sup. 5. can̄.

¶ Et aggregare syrupuz acetosuz & aquā ordei simul est illaudabile: quoniaz corrūpit aquā ordei secundum plurimum.

¶ Hic ponit can̄. in vsu istorū potuū. Questio. VI.

Dubitatur vtrū sit cōueniēs miscere syrupū acetosuz cū aq̄ ordei. ¶ Videt q sic p Aui. lib. 3. Fen pª ca. de phrenesi. vbi cōcedit aquā ordei cū oximelle. ¶ Amplius. Statim ifra docet miscere cū aqua ordei parū aceti: sz si ɔcedit cū ea misceri acetū. igit' m stomagis & zuccharū & aquā: sz syrupus acetosus nō ē aliud nisi ista tria. ¶ Ampli⁹. Infra cap. de stātica febre cōcedit hāc mixtionē. ¶ Ampli⁹. G. p alimētox docet ptisane misceri acetū. ¶ In ɔ̄riū Aui. ¶ In h ē multiplex modus dicēdi. Quidā dixerūt: q nō ōbēt ista misceri: q2 sunt diuersi pot⁹: & sicut igit' cibaria diuersa nō debem⁹ miscere: vt lib. p Fen 3ª: q2 nō bñ digerunt: sic nec diuersos pot⁹. ¶ Ista solo nō satisfacit: q2 diuersiores syrupos q̄z sit aq̄ ordei & syrupus acetosus tota die miscemus. ¶ Et cū dī: q nō debem⁹ miscere diuersa cibaria. ¶ Dōm q vex est multū diuersa. vn̄ digō corrūpat: sz aq̄ ordei & syrupus acetosus satis conueniūt i abstersiōe apitiōe: & puocatiōe: & ifridatiōe. ¶ Alij dixerūt q cū aq̄ ordei pōt misceri pauc⁹ syrupus acetosus: & nō multus. ¶ Ciliator Ƀo dīa. 169. solonē pdictā cōfirmās & ab ea icboās dat cām q̄re nō debemus miscere istas: q2 opatiōes eox ɔfundunt: q2 syrup⁹ acetosus diuidit: & sequestrat mās: & pparat eas ad expulsionē aq̄ Ƀo ordei abluit: qō icisuz ē: abstergit & educit p sudorē & puocationez: vt statiz Aui. ponet. ¶ Hec solo nō placet: q2 lz diuisiuum m āex posse pmisceri eductiuo. tn̄ sunt pñt misceri. Preparatio. n. nō ipedit eductionē. vn̄ videmus: q nr̄i auctores faciunt medicinas cōpositas: q̄ sunt subtiliatiue: diuisiue: & euatiue māex. sic appet i syrupo de eupatorio & epithimo. ¶ Halyab. Ƀo 3º prac. cap. de cura tertiane dicit q nō dz misceri squigibin. i. syrupus acetosus & aq̄ ordei. imo nec stati post ipsaz dari anteq̄z digerat. facit. n. illā descēdere a stōacho.

& sic corpus nõ pascit ab ea laudabilit. ¶ Hec sola ẽ quaz dat Hy. Dicit.n.q aq̃ ordei vel est cib⁹: vt illa in q̃ ẽ de corpore ordei: & ista nõ dz misceri cũ syrupo acetoso: qr syrupus acetosus ẽ cã: q descẽdat indigesta: & nõ nutriat. & hãc dicit esse intẽtionẽ. G. 3. regiminis acu. Uel aq̃ ordei est potus solũ.s. potus medicinalis alteratiuus: & talis põt misceri cũ syrupo acetoso. sic.n. non est inconueniens misceri syrupum acetosum & aquã ordei:vñ dic Dyn⁹. Precepit Rasis.9. Almãsoris capi. de dolore epatis dare syrupuz cũ aq̃ ordei: sed si velles ab aqua ordei effectus: & operationes distinctas: oz pcedere syrupus acetosus: & postea dari aq̃ ordei. ¶ Nos aũt iã dedimus hic duas solones. ¶ Prima ẽ sicut solutio Hy. q si aqua ordei det̃ gr̃a cibi non oz cõmisceri in ea syrupus acetosus in dosi sufficienti: ne faciat illã descendere. etsi Gal'. misceat cum ptisana acetum: oz intelligi parũ: qd sit incisiuũ: aut prohibitiuũ inflãmationis. & nõ sit tm̃ q illã descendere faciat. Si aũt aq̃ ordei det̃ gr̃a medicine alteratiue: potest secũ misceri syrupus acetosus: & potest ab ea separatus dari vt apparebit. ¶ Alia solutio nr̃a est: q si est timor de acetositatione aq̃ ordei: & ex hoc timeatur ab ea nocumẽtum: nõ oz secũ misceri syrupus acetosus: qr facit eã aptiorẽ ad hoc. & hoc innuit ĩfra cap. de cura phlegmatice febris: & qr cõitas hoium ẽ plenoꝝ stomachoꝝ suffocatoꝝ in calore sub multa mã pp multã malitiã regiminis modernoꝝ. iõ plurimũ timet̃ de hac acetositate que est mala acetositas. & ideo cauemus mixtionem eoruz: & hoc est qd Aui. intellexit cũ dixit: qñ syrupus acetosus corrumpit aquam ordei sm plurimum.s. qr facit illam acescere. dixit sm plurimum: qd in aliquibus ignei stomachi non faceret hoc. vnde infra in stomacho calido cuz aq̃ ordei iubet miscere parum aceti.

¶ Et non opz: vt detur in potu aqua ordei quñ siccitas nãe adest. imo añ ipsaz fiat clystere.

¶ Hoc põt itelligi de ptisana: q̃ aq̃ ordei nominat̃. & hoc verificatũ est supra in pn° precedentis capli. & est dictũ Hyp. primo regimi. acu. & põt intelligi de aq̃ ordei: q̃ est pot⁹ medicinalis. ipsa.n. hz virtutẽ abstergẽdi & lauãdi superfluitates: quas cõducit ad loca propter secũ prohibitionẽ. ergo ob exitu propter fecum obuiationem nocebunt vaporantes: aut more ad venas: quare premittatur clystere.

¶ Quod si acetet in stomacho detur in potu: quod de ea est magis subtile. ¶ Quod si acetat coquatur cum ea radix apij: & eius simile. ¶ Si vero acetat iteruz: tunc necessarium est: vt misceatur aliquid piperis cũ ea proprie: qñ mã nõ est vehemẽtis subtilitatis & caliditatis.

¶ Hic est 3⁹ cañ. in quo docet obuiare cõuersioni aque ordei in acetũ. est.n. ipsa de rebus aptis ad h̃ ex mõ subẽ: & cõplexionis si recordaris scie saporis acetosi. pmo igit̃ eligit subtiliorẽ ptẽ: qr citius penetrat: & hz plus de v̑tute abstersiua subtili. 2° addit sibi res calidas: que augẽt sibi calorez in stõ. vñ minus fit acetositas. ista calã: vt apiũ & pip. pimus: si mã febris non est calã subtilis. imo hz de grossis.c.

¶ Et qñ multiplicat̃ eius inflatio: tũc misceat̃ cũ ea ad calefactos parũ aceti vini acetosi.

¶ Hic est 4⁹ cañ. Credunt aũt aliq̃ lram debere dicere parũ vini.s. ad resoluẽdum ventositatem: & exponunt ad calefactos.i. ad febrientes. Textus iste autem iacet sic. 17. ptinẽtis cap. de febre sanguinea in fine auctoritate megebat.li. adiuuãtis: quãdo vis q deficiat inflatio aque ordei. ponẽ in ipsa aliquid de aceto vini. & pprie ad calefactos. Accidit.n. q fortis calor facit ipsam euaporare. vnde inflat. acetum autem & proprie acetosum.s. de vino acetoso prohibet eã euaporare prohibendo aptitudinem inflationis. & facit cũ hoc ipsam cito penetrare ad vrinã vel sudorez: vel egestionem. In qbusdã. tamẽ alijs corporibus non calefactis acetum adderet ad inflationem. vnde. 3. cañ. Fen. 2. cap. de priapismo. Acetosa qñq3 inflant causa huius nota est.

¶ Veruz quñ syrupus acetosus in potu datur incidit humores: & preparat superfluitates ad expulsionẽ. Et tu consequenter post duas horas da aquaz alkisi ordei subtilem predictam: vt abluat qd incisit: & abstergat id: & extrahat ipsuz per sudorẽ & prouocationem.

¶ Hic est 5⁹ cañ. hinc accipe: q aq̃ ordei: q̃ est potus: & hanc vocat aquã alkisi subtilem &c. lenit ventrem: qd intelligit cum dicit abluat: & abstergit & prouocat vrinã. & sudorẽ. vt pz. hinc etiã accipe ordinem syrupi acetosi & aq̃ ord. & apparet ex dictis. q̃. & tps sue operationis: qr. ij. horas.

¶ Et non est nocumentum si detur in potu syrupus acetosus apud cenam: cum iam separatus est cibus a stomacho.

¶ Hic est 6⁹ cañ. vbi habet̃: q ẽt apud.i. post cenam.s. iam digõne completa põt dari syrupus acetosus: ne ante hoc faciat cibum indigestum descendere. ¶ Alij v̑o exponunt apud cenam.i. ante cenam: cuz separatus est cibus. scilicet prius &c. & est sermo etiam verus.

¶ Et quandoq3 est necessarium vt premittatur iulep ante aquã ordei: vt addat in humectatione: & illud est cuz vides siccitatẽ dominantem super corpus & linguam.

¶ Hic est cañ. 7°. ¶ Considerãdum: q aliq̃ potest dicere ordinem ita q prius det̃ iulep: vt q̃si remolliat mãm & corporis ariditatem: & postea det̃ aq̃ ordei lauatiua & prouocatiua. De preparãtibus igitur aque ordei operationẽ est syrupus acetosus: in qbus nõ q̃r.s humectatio: sed materierum incisio: & nõ determinauit quãto tpe post iulep detur aq̃ ordei: sicut fecit in syrupo acetoso derelinquẽs hoc forsan sue extimationi: & forsan q ẽt post duas horas: aut paꝝ plus pt ẽt ly qñq3 dicẽ pelectionẽ.i. det̃ iulep. & nõ det̃ aq̃ ordei: qr multomagis hũectat: qr zuccharũ hũidũ est & ordeũ siccũ.

¶ Et quãdoq3 est necessariũ vt premittat̃ ante ipsam ad liniendum nãm aliquid de tamarindis ante illud per duas horas.

¶ Et cu3 videris flegma: dabis in potu tyriaca:⁊ dentur iterũ in potu trocisci de rosis magni cu3 aqua feniculi.

¶ Dicit Dynus.s.egredi manifeste per exeuntia: ita q̧ tunc indicatur nobis necessitas eũationis euaporationis ⁊ resolutionis eius. Aliter potest dici: ⁊ cum videris flegma.s. abundare in causa rigoris:⁊ si non videris in exeuntibus tyriacam.s.antiquam.

¶ Questio. VI.

An autem tyriaca dari debeat ante digestionẽ materiei flegmatice.s. stante illa cruda non dicimus hic timentes prolixitatem.tamen credimus secu/

rius esse digestionem aliquam precessisse: ⁊ quāuis in paralysi concedatur a multis ante digestionem: sed materia paralysis remotior est a venis q̄ febrium flegmaticarum. ℭ Magni trocisci de rosis. nullū trociscū magnū de rosis Aui. describit in. 5. quem ego darem non minorata materia febrium: quia hec est cura post principium: intelligi debet q̄ dentur iam digestis ⁊ minoratis flegmatibus cum aqua feniculi: quia fiunt ex hoc prouocātes magis.

ℭ Et detur ei oi nocte medicina de turbith: et pillule d̄ aloe facte cū spēbus q̄ sunt sicut piper.

ℭ Hic ponit medicinas euacuantes ⁊ rectificantes membra ⁊ materiam: ⁊ primo euacuantes debiliores. secundo fortiores. ibi secunda. (De euacuantibus.) Prima in tot quot ponit medicinas. ℭ Considerandum q̄ Auic. h̄ dat sanum intellectum dicto Rasis concedenti pillulas de turbith omni nocte: q: intelligit post principium. s. q: cuȝ aliqua digestio est in materia: que sunt vt piper. i. que species sunt: vt piper galanga: cinamomum: ⁊ alie que dn̄r nomie generis eliefangine. Uel vt piper, i. in forma piperis: q: gue pillule vt cito dissolute cito trāseāt ad membra.

ℭ Et ad illud decoctio hmōi. Re. hiere. ʒ. vij. turbith. ʒ. x. myrabolanoȝ nigro. ʒ. v. eupatorij. ʒ. v. salis idi. ʒ. iij. bedeoard. suchaha omniū añ. ʒ. iiij. anisi. ʒ. iij. decoquantur cuȝ aqua apij: ⁊ sumat̄ de ea i potu ƀm quātitatē necessitatis.

ℭ Hec est primo descriptio: cuius virtutem vide ex simplicibus Bedeguard. i. alba spina. Suchaum spinaȝ similis illi in virtute. vide Serapionem.

ℭ Et fortius illo est illud: qđ. R. duaruȝ radicū ⁊ radicis lilij. oiuȝ. añ. ʒ. x. hiere. ʒ. viij. succi eupatorij. ʒ. v. seminis apij ⁊ feniculi omniuȝ. añ. ʒ. iiij. spice: menṫe amboruȝ. añ. ʒ. vij. fiāt ex eis trocisci ⁊ administrentur.

ℭ Hec est alia duaruȝ radicum. s. petrosilij ⁊ feniculi. ℭ Considerandum. q: ista medicina est fortior soluȝ ex hoc q̄ datur in suba: ⁊ precedens dat̄ in decoctione: tñ quātum ad virtutē simplicium precedēs est fortior propter turbith.

ℭ Decoctio bona. Re. duarū radicū ambarū. añ. ʒ. x. passularū enucleataruȝ. ʒ. vij. anisi: ⁊ masticis amboruȝ. añ. ʒ. iij. bedeoard ⁊ suchaha: ⁊ eupatorij oiuȝ. añ. ʒ. iiij. decoquantur in libris tribus aque vsquequo redeat ad lib. j. aque: et sumat̄ in potu aliquot diebꝰ in ieiuno. ℭ Trocisci boni apud chronicas febres ⁊ vehementiā rigoris. Re. hiere: succi eupatorij: absinthij suchaha: bedeoard oiuȝ. añ. ʒ. v. seminis apij ⁊ feniculi anisi oiuȝ. ana. ʒ. iij. sal. naptici. ʒ. iiij. seminis cuscute: myrabolanoruȝ: kebulorū oiuȝ. añ. ʒ. x. agarici. ʒ. xv. trociscoruȝ de roƀ. ʒ. xx. de turbith. ʒ. xxx. fiant ex eis trocisci ⁊ sunt solutiui. ℭ Et iteruȝ aloes myrabol. citrinorū ⁊ reubarba. masticis: succi eupatorij: absinthij oiuȝ. añ. parteȝ. j. croci. partis vnius medietateȝ terantur ⁊ administrentur. ℭ Et iterū hiere myrabol. kebulorū. salis oiuȝ. añ. ʒ. iiij. semis apij. ⁊ feniculi. ⁊ anisi oiuȝ añ. ʒ. j. s. absinthij. ʒ. v. trociscorū de ro. ʒ. iij. suchaha. bebeoard. oiuȝ. añ. ʒ. ij. terantur: ⁊ informentur pillule. ℭ Decoctio bona. Re. eupatorij. ʒ. v. ⁊ radicis lilij: et radicis liquiritie: ⁊ ameos oiuȝ. añ. ʒ. iij. seminis apij. feniculi. añ. ʒ. iiij. rosarū. ʒ. v. decoquātur oia: et fit dosis eius oi die. vnȝ. iij. ℭ Et iteruȝ radicuȝ triuȝ oiuȝ. añ. ʒ. x. seminis anisi. apij oiuȝ. añ. ʒ. ij. suchaha: bebeoard: eupatorij: absinthij oiuȝ. añ. ʒ. v. centauree. ʒ. iij. decoquātur ⁊ bibantur. vnȝ. iiij. ℭ Et iteruȝ herbe: eupatorij: fumiterre bedeoard: suchaha: absinthij oium. añ. ʒ. v. passularū. ʒ. x. myrabolanorū citrinorū. ʒ. x. ℭ Et hec quidē cura est salso. ⁊ eius quo vincit cholera magis conueniens.

ℭ Hec est tertia medicina ⁊ in summa sunt compositiones medicinarum note. hiera autem que in multis istarum ponitur intelligitur hiera. Gal. 7 ierapен. siue hiera vniuersitatis: siue cōmunitatis: que componitur. 5. cañ. Dic ergo non discutimus virtutem harum medicinaruȝ: q: sciuntur ex simplicibus. ℭ Si autem ex forma cōmuni habens aliquid scire experientia. Nec discussimus de dosi. iam enim dedimus viam inueniendi doses in compositis solutiuis in 5ᵒ cañ. ⁊ est via leuis. ℭ Et hec quidē cura scilicet per medicinam statim dictam: in quam intrant myrobolani citrini. Salso ⁊ ei ⁊c. ⁊ etiaȝ alie de premissis ad hoc cōueniūt.

ℭ Et agaricuȝ quum de eo sumitur in puluere ex. ʒ. j. vsqȝ ad. ʒ. j. ⁊ tertiam diebus continuis prohibet elōgari egritudinē. Sumat̄ ergo puluis ex eo: ⁊ cōmisceatur cū melle ⁊ bibatur.

ℭ Magnificata est virtus agarici vt docet experiētia: ⁊ nostri auctores: ⁊ non solum in euacuando flegma: sed etiam digerendo illud diebus continuis. i. omni die: vel etiaȝ frequenter ƀm tuam extimationem.

ℭ Et semen vrtice post digestioneȝ est mirabile valde sumptuȝ cuȝ puluere: aut cum melle. ℭ Ueruȝ si acciderit ei modus aliquis solutionis vētris: oportebit vt addatur in eo propter debilitatē epatis: semen cuscute: ⁊ propter debilitateȝ stomachi mastix: ⁊ anisum: ⁊ propter debilitateȝ splenis ⁊ grossitudineȝ eius radix apij: ⁊ scolopendria: naȝ multotiens associatur huic egritudini splē ⁊ fortasse, oportet vt addātur propter ipsuȝ ciperi et grana de been: et fenugrecū: et, cōsideret̄ cū hoc dispō vehemētie febris vt nō accidat vehementia calefactionis.

ℭ Quia prouocat materias per vrinā ⁊ digerit illas: ⁊ possibile est q̄ soluat ⁊ propterea conuenit post digestionem illas comestionem. ⁊ tunc intendetur in eo auxilium digestionis cibi ⁊ flegmatum stomachi: verum addatur in eo. s. cum eo qđ dictum est de predictis medicinis compositis semē cuscute ad debilitatem epatis. Aliter turbith ⁊ semē cuscute si fluxus cum hoc esset flegmatis: vel cuȝ eo scilicet agarico semē cuscute: vel cum eo scilicet semine vrtice semē cuscute propter ipsum scilicet splenem subtiliandum: ciperi ⁊ grana de been sunt nota: ⁊ fenugrecum: ⁊ cum hoc consideretur ⁊c. q: ista sunt satis calefacientia.

ℭ De euacuationibus ƀo que sunt fortiora: et indigetur eis in hac egritudine apud digestionem est: vt augmentetur dosis de pillulis de

turbith: ⁊ administrentur clysteria fortia. ¶ Et
de illis sunt pillule iste. Reci. masticis sexta. ʒ.
i. succi absinthij quarta. ʒ. j. pillule colloquinti/
de sexta. ʒ. i. hiere pigre. ʒ. ß. agarici. ʒ. ß. informē
tur pillule cū syrupo acetoso mellino: ⁊ sumā
tur in potu. ¶ Et de illis sunt pillule de masti
ce ⁊ de aloe. ¶ Quod si materia fuerit ad cali/
ditateꝫ declivis sumantur de trociscis de spo/
dio solutivis. ʒ. iij. trocisci de turbith aure. i. sca/
monee. aure. ß. succi eupatorij. aure. ij. ⁊ den/
tur in potu fm quātitateꝫ virtutis. ¶ Et iterū
eupatorij. absinthij. capilli veneris. ⁊ myrabo/
la. fumiterre passularuꝫ mundataruꝫ equales
sumantur partes: ⁊ dentur in potu fm quan/
titatem necessitatis.

¶ Hic ponit medicinas fortiter evacuantes: ⁊ sunt note. Et
prima descriptio pillularum potest esse vna dosis: sed est
magna: ⁊ est fortior propter colloquintidam. Secunda est
fortior propter scamoneam. ¶ Et iteruꝫ. Ista medicina nō
est de fortibus: ymo de debilib⁹: ⁊ placuit eā sibi ponē hic.

¶ Et si non suffert corpus solutionem ventris:
perveniatur ad diuretica. ⁊ subtiliativa. ⁊ su/
dare facientia. ⁊ de summa illoruꝫ: quibus in/
digetur. tunc est infusio aloes cū melle.

¶ Hic stant diuretica loco solutivi. ¶ Infusio aloes. dices
hoc est solutivum: ⁊ iam dixit: si nō suffert solutionē. ¶ Di/
cendum ꝙ hoc est solutivum valde debile. Intellexit ergo
ꝙ non suffert solutionem. s. forteꝫ. ¶ Vel dicendū ꝙ aloes
infusum cum speciebus ⁊ seminibus provocat.

¶ Et quando declinat egritudo nō: est tunc in/
troitus balnei ante cibuꝫ malus.

¶ Abbreviat curam declinationis ⁊ est nota.

¶ Cibi auteꝫ eoruꝫ sint subtiles: sicut acetuꝫ et
oleuꝫ: ⁊ quandoqꝫ ponitur in eis parvuꝫ almu/
ri: ⁊ proprie in fine eius. ¶ Illi auteꝫ qui sunt
fortiores sunt altaragi. ⁊ pulli. ⁊ alcubugi. ⁊ his
similia post declinationeꝫ: ⁊ oportet vt ponan/
tur in eis. ⁊ proprie apud digestionē ea: in qui/
bus est incisio: sicut acetuꝫ ⁊ sinapis ⁊ almuri.
¶ Et si fuerit flegma acetosuꝫ maluꝫ viscosuꝫ
porrum: ⁊ aqua ciceris sunt de melioribus ci/
bis eis: ⁊ quandoqꝫ ponuntur in eis cyminuꝫ.
⁊ anetuꝫ. ⁊ oleuꝫ. Et iterum beguerid facta ex
sicla ⁊ almuri ⁊ aceto ⁊ oleo abluto. alchagua/
mac: sicut kēmach de capparibus. ⁊ kemach
de aneto: ⁊ origano. ⁊ aniudem. ⁊ aspagis.
¶ Et devitentur olea: in quibus est infrigida/
tio ⁊ humectatio. ¶ Et hora cibi est post tēpo
reꝫ paroxismi: ⁊ eradicationē eius: ⁊ ante paro
xismuꝫ ad minus quatuor horis.

¶ Hic ponit regimen per cibaria. subtiles. i. subtiliativi: vel
idest qui sunt diete subtilis. Muri est salsamentum factum
cum pisciculis: vel placentulis ordei cū sale. vt Azaravius
docet in fine: quia fortiter exiccent: requirunt digestionem
materie. ¶ Illi autem qui sunt fortiores idest qui sunt cō/
fortativiores ⁊ sunt dieta grosse. Altaragi. i. grā avium.
⁊ pulli scilicet parvi: vel pulli columborum si tibi videtur.
Pullus enim absolute apud arabes videt importare pul/
los columborum: vt diximus supra 2° can. ca. de carnibus
cum dicit ꝙ pulli faciunt perforationeꝫ alkubagi. i. ꝑdix.
¶ Post declinationem: quia hoc est regimen copiosuꝫ. quod
tunc magis competit. alia patent. Beguarid facta. i. prepa
rata ⁊ cocta ex sicla. i. cum sicla oleo abluto: quia ablutio fa/
cit oleum in humiditate temperatuꝫ. vt 2° can. capitulo de
oleis. Alkaguamat. i. condita cum aceto ⁊ sale: ⁊ est nomē
generis: ⁊ dicitur etiam ravic. ⁊ sub eo comprehenduntur
olive condite: capari cōditi: rape et condite: ꝗ apud nos dicunt
cōposita. Aniuden: ⁊ est radix herbe. vnde fit assa: ⁊ alias
habet expositiones. ¶ Hora cibi. Hic considera ꝙ Avic.
plus se longat a principio paroxismi ꝗ̄ fine dando cibum.

¶ Mensura auteꝫ somni eoruꝫ est vt sit equa/
lis vigilijs. vt sit digestio materiei ad somnuꝫ:
⁊ resolutio ad vigilias.

¶ Mensura somni est equalis. s. equaliter indigēs digestio/
ne ⁊ resolutione: vel equalis. s. proportionalis.

¶ Et balneuꝫ quideꝫ est vehementis nocumē/
ti nisi post declinationem.

¶ Balneum patet.

¶ Et succurritur vomitui eius quando super/
fluit: ⁊ oportet vt administretur in illo qđ fit: si/
cut miva: ⁊ syrupus de granatis cū menta si/
mul cognitus. ¶ Et si necessariū est fortius su/
matur de granis granatoruꝫ muçorū. ʒ. x. ⁊ tu/
ris albi: ⁊ masticis amborū aā. ʒ. v. mente. ʒ. vij.
decoquātur in duabus libris aque: in qua sint
folia mente donec minuatur.

¶ Docet succurrere accidentibus: ⁊ sunt. 7. vel. 8. accñtia.

¶ Et succurratur fluxui ventris eius cū super/
fluit: cum retentione eius cum eis: que scivisti
de stipticis regimentalibus ⁊ medicinalibus.
¶ Sed eius quideꝫ debilitationi succurritur
vt cibetur successione eius pullis assatis et in
patellis coctis: ⁊ vt adhibeātur suffumigatio/
nes ⁊ odores vivificantes.

¶ Regimentalibus idest cibalibus vt assatura panis. suc/
cessione eius. s. fluxus vel debilitatis post fluxum.

¶ Et si acciderit inflatio in facie ⁊ extremitati/
bus iuvantur cū administrentur huiusmodi
trocisci. Re. anisi ⁊ lacce ablute amborū. aā. pō/
dus. ʒ. v. amigdalaruꝫ excorticatarū croci mar/
macor omniū. aā. ʒ iiij. seminis apij. seminis fe
niculi. floris squinanti omnium. aā. ʒ. iij. floris
eupatorij. ʒ. iij. spice. ʒ. v. hiere pig. ʒ. vij. rosarū
ʒ. x. fiant ex eis trocisci: ⁊ administrentur. ¶ Et
fortasse indigebis eis: que sunt sicut omorusia
⁊ dialacca ⁊ medicamē de amigdalis amaris.

¶ Hec inflatio est signum cacesie: ⁊ principium hydropisis.
Et hec est cura eius: ⁊ medicamen de amigdalis amaris.
Ista littera debet coniungi cū premissa. Et dialacca ⁊ me/
dicine de amigdalis ⁊c̄.

¶ Et ad longitudineꝫ febris. Re. rosaruꝫ pon/
dus. ʒ. x masticis. ⁊ spice. ⁊ feniculi. ⁊ seminis
apij. ⁊ seminis endivie. ⁊ succi eupatorij. ⁊ suc/
ci absinthij omniuꝫ. aā ʒ. iij. spodij. ʒ. v. fiant tro/

cisci: ⁊ sit dosis ex duabus.ʒ. usq; ad.v.cū ʒ.x. de geleniabin in decoctionis feniculi quantitate.vnz.ij.⁊ ameos confectuz cū melle est magni iuuamenti in huiusmodi loco.

¶ Hic docet succurrere longitudini febris: ⁊ est medicamen aperiens ⁊ confortans. Et alias diccmus: q̄ in hoc medicamine deficiunt amigdale amare. ¶ Ameos ⁊c̄. q2 confert in humiditatibus stomachi malis.

¶ Et fortasse indiges propter longitudinez frigoris fricatione: ⁊ modus in ea est vt incipiat ab humeris ⁊ inguinibus: quando spargitur caliditas in manibus et pedibus et calefiunt. ¶ Si autez senserit similitudinez lassitudinis: fiat permutatio ad fricationez dorsi: ⁊ quando vehemens fit calefactio: q̄ necessaria est in eis. tunc dimitte eaz ad aliud membruz. ¶ Et de oleis bonis eis est oleuz dulce: in quo non est stipticitas: ⁊ oleuz camomillinuz: ⁊ oleum de aneto decoctuz in vase duplici. Quū ergo cōpleueris. tunc absterge oleuz aliquod: vt non angustiatur: ⁊ non est maluz si fricationez siccā sequatur fricatio cuz oleo aliquo.

¶ Docet subuenire longo frigori ⁊c̄. dimitte eam ad aliud membrum.i.frica aliud membrum: ⁊ absterge oleum aliquid.s.quodcūq; sit: vt non angustietur.s.propter opilationem pororum: vel propter fetorem siue odorem: ⁊ ideo dixit aliquid. Et non est malum ⁊c̄. quia fricatio dilatat poros cum vnctione ⁊ resoluit.

¶ Et de illis que seruant stomachos eorum vt non debilitentur sunt vnguenta inuncta capiti stomachi: que sunt sicut camomillinum: et oleum nardinum: et oleum anetinum: et fortius illo alnaçoki.

¶ Alnagoki exposuimus iam q̄ est gūma: que reperitur in fructu pini: tamen Açaravius capitulo de hemorrhoidibus videtur dicere: q̄ est oleum de iessamino.

¶ Et de emplastris iuuatiuis est: vt decoquatur camomilla cuz re pauca masticis decoquēdo cum vino cum duplo sui de melle. ¶ Et si ceciderit appetitus. tunc melius est vt non administretur vinum solum: imo in quo decocta sunt: sicut camomilla. ⁊ dactili. ⁊ mellilotum. ⁊ absinthium.

¶ Mirandum est quare non concedit vinum: si appetitus cadit: ⁊ videtur intelligere vinum solum propter eliquationem materierum: quā facit: ⁊ sic remollit stomachū: ⁊ hoc est maxime verum apud sarracenos: qui non sunt consueti bibere vinum: imo in quo ⁊c̄. Dynus dicit: q̄ illud vinum non debet bibi: sed ex istis rebus debet fieri emplastrū ad stomachum. Aliter potest dici: q̄ istud vinum detur loco syrupi: ⁊ non detur cum cibo: ⁊ habet resoluere materias stomachi. Nos autem aliter subueniremus casui appetitus s̄m qd̄ docet 3° cañ. Fen.13.⁊c̄.

¶ De cura flegmatice ꝯtinue: q̄ nominat̄ latica. ¶ Capl'm. lix.

Est cura facientis poxismū omni die. ⁊ differt ab ea: qm̄ oportet vt i illa sit administratio subtiliātiū calidorū cū facilitate. ⁊ hoc si fuerit ꝯtentus eis: que sunt sicut syrupus acetosus. ⁊ geleniabin. ⁊ iulep de melle. ⁊ aqua eius: ⁊ aq̄ fenicu. ⁊ apij. ⁊ radicū triū sine dubio confert. Et quādoq; cōfert eis kisch de aneto. ⁊ kisch de capparibus. ⁊ proprie cū vestigijs digōnis. ¶ Et ꝑparent̄ cibi eoꝝ in obseruatione tēporū. ⁊ diuersitatis eius. ⁊ fortitudine virtutis ⁊ debilitatis eius ꝑparatiōe: cuius rememoratio ꝑterijt. ¶ Et de medicinis bonis ad eos sunt trocisci de decē generibus.

¶ Iterū de medicinis expertis ad eos est illa: q̄ Re.rob.ʒ.vj.succi ligritie.fumiterre.spice oīuz añ.ʒ.iiij.masticis.ʒ.iij.krabe.ʒ.iij.anisi.ʒ.ij. ꝑparent̄. ¶ Iteꝝ trocisci eupatorij.ʒ.iiij.rosarū.ʒ.j. ⁊ tertiā: spodij.ʒ ij.s. ¶ Et iteruz trociscorū absinthij. quoꝝ descriptio. Re.assari.semiz apij. anisi.amigdalaꝝ amaraꝝ.suchaha.bedeoard. succi eupatorij. spice. masticis. oium. añ.ʒ.ij. ¶ Et iteruz eupatorij. vnz iij.rosaruz rubearū. lib j.spice.lib.s spodij.vnz.iiij.

¶ Hic apparet: q̄ cañ.suprapositi sunt communes flegmatice continue ⁊ interpollate: ⁊ etiam medicine: nisi q̄ in illa scilicet continua oportet q̄ sit ⁊c̄. quia debēt esse minus calida iulep de melle: vbi ponitur plus mellis ⁊ aqua: vbi nō ponitur tantum mellis. vide ergo q̄ non trāscendat ad fortia: nisi vsq; ad tres radices scilz feniculi. petrosilij. ⁊ apij. ¶ Et preparentur ⁊c̄. Patet ex capitulo precedenti. ¶ Et de medicinis. Troci. de decem generibus 5° cañ. tractatu 8° scribuntur. ¶ Preparentur.s. in forma trociscorum vel pulueris. Ego vero non vterer hac medicina nisi iam digesta materia ⁊ euacuationibus factis. ¶ Et iterum trociscorum absinthij. quorum descriptio. Mirādum est q̄ isti dicuntur trocisci de absinthio: cum non ponatur hic absinthium. ⁊ ideo vel oportet addere absinthium: vel oportet supplere. Et trocisci. quoruz descriptio ⁊c̄. vel est quādoq; nomen impositum medicine composite ab aliquo simplici: cuius virtutem hz.i.illi similem: lz non ponatur illud simplex vt diacurcuma Mes. sicut declarauim⁹ 5° cañ. ¶ Vidimus liberatum a quotidiana interpollata: quā sex mensibus habuerat per vsum succi apij syrupiçati cuz çuccharo quandoq; cum melle. Dosis erat. ℥.i.⁊.s. ⁊ erat adolescens flegmaticus.

¶ De cura empialos ⁊ lipparie. Cap. lix.

Cura eoꝝ ꝑpinqua est cure: quā diximus: et sunt ambe associate vni vie. ¶ Et opz vt icipiat̄ in ꝑmis a syrupo ace. mellino: ⁊ çuccharino. ¶ Et ꝑcipit̄ i eis ambab⁹: vt admistret̄ rob agreste decoctū cū melle ⁊ syrupo rob. deinde fiat gradatio de via sumēdi i potu semina: ⁊ aq̄s eorū ad infusionē aloes: et trociscos de rosis cū mastice: et pillulas: et aloe: et hierā pigrā: et pillulas de eupatorio. ¶ Et opz vt in eis ambab⁹ simul stomachi sollicitudo habeat̄: et administretur vomituū cū aqua faseoloruz: et raffani: et anisi: et calamenti: et diuretica. ¶ Et de solutiuis

iuuatiuis est illud: quod fit ex mirabolanis nigris: ⁊ citrinis: ⁊ turbith: ⁊ zucch
aro. Et de illis: que conferunt eis iuuamentum magnum sunt clysteria declinia ad acuitatem: ⁊ in quibus ponuntur medulla carthami: ⁊ centaurea minor: ⁊ anetum: ⁊ camomilla: ⁊ albasce: ⁊ mellilotum: ⁊ almuri: ⁊ mel. ¶ Et regimen lipparie indiget subtilitate plusquam regimen alterius.

¶ Ponit curam febrium annexarum febribus flegmaticis: ⁊ primo empiale ⁊ lipparie: ⁊ includit in hoc febrem: in qua secundum vnam ⁊ eandem rem sentitur calor ⁊ frigus: quia conuenit cum empiala in materia. ¶ Associate vni vie. i. vna via incidunt iste similiter cum predictis. s. quotidiana ⁊ interpollata mellino ⁊ zuccharino. s. mixtis vel separatis secundum quod tibi videtur: ⁊ simplicibus ⁊ etiam compositis secundum quod ex canonibus premissis apparet. ¶ Et precipitur etiam quandoque ad confortationem stomachi. deinde fiat gradatio: quia a digestiuis ⁊ subtiliatiuis ad infusionem aloes: ad solutiua ⁊ prouocantia vrinam: ⁊ etiam confortantia stomachum ⁊ nutritiua. Et hec omnia intelligit per res. quas numerat vt apparet. ¶ Et diuretica. s. dentur. ¶ Et de solutiuis iuuatiuis ex mirobal. nigris si est ibi melancholia ingrossans flegma: ⁊ citrinis si est ibi aliqua cholera. ¶ Clisteria ⁊c. Si est ibi grossum flegma. ¶ Et regimen lipparie indiget subtiliatione plus: quia in lipparia cum sit calor intus non possumus secure vti calidis subtiliatiuis ⁊ alijs sicut in empiala: vel quia lipparia potest fieri ex cholera: vt illa: que dicitur tabur os: potest igitur in ea cadere error si curares eam cura flegmatice: sed cura eius intelligitur ex capitulo de cura febrium cholericarum.

¶ De cura febris cum sincopi: ⁊ humorosa.

¶ Capitulum. lx.

Hec febris est difficilis cure. Et modus in curatione eius est euacuatio gradata ex subtili ad fortem: ⁊ proprie quando natura non respondet ex se: tunc enim cum clysteribus munda quod est in intestinis ⁊ venis propinquis eis ex superfluitate: ⁊ administra in residuo subtiliationem cum fricatione.

¶ Primo ponit curam eius. que fit a flegmate. Secundo a cholera. ibi 2ª. (Quod si fuerit.) ¶ Prima in duas. Primo in generali ponit curam. Secundo in speciali. ibi 2ª. (Et Gal. (¶ Considerandum: quod Auic. intendit ad meseraicas: que sunt in venis versus intestina ⁊ in intestinis ipsius cum clysteribus incipiendo a leuioribus: et postea ad fortiora. ¶ Et hic debet premitti. s. clystere. Intendit etiam ad meseraicas post epar: per fricationem: que subtiliat eas: ⁊ euaporare facit: ⁊ hec etiam fricatio debet esse gradata: vt dicunt Aui. ad vtrumque referatur. ¶ Considerandum: quod aliter per euacuationem gradatam possemus intelligere euacuationem cum pharmaco solutiuo incipiendo a leuioribus eundo ad fortiora: ⁊ hoc est preceptum Ras. 16. continentis capitulo de cura febris syncopalis: ⁊ confirmat hoc auctoritate Alexandri hoc inuentis.

¶ Et Gal. quidem dixit: quod deficit in euacuatione plurimum eorum nisi cum fricatione. Et melior modorum in fricatione eorum est: vt incipiat a coxis et cruribus descendendo a superiori ad inferius: ⁊ administretur illud cum mantili aspero abradente cutem. deinde permutetur ad manus descendendo ab humero ad spatulam: ita vt ignea tur cutis. deinde ad dorsum ⁊ pectus: deinde redeat ad crura ⁊ reuertatur ad ordinem primum. Et ponatur medietas temporis eorum fricationi: ⁊ medietas temporis eorum dormitioni si possibile est.

¶ Hic in speciali ponit curam ⁊ omnia: que dicit sunt dicta Gal. 12. terap. in duabus causis. Et videtur mihi melior diuisionis modus: quod habet tot partes quot habet canones. Primus canon. est quod commissa euacuatione cum pharmaco: intenditur fricationi: ⁊ hoc est quod dicit. Deficit ab euacuatione ⁊c. cum fricatione. i. omissa euacuatione fiat fricatio. ¶ Unde dicit Gal. qualiter ergo oportet hos tales sanari indigentes quidem euacuatione: ⁊ non ferentes euacuatiua auxilia. nullam aliam inueni in eis euacuationem nisi per fricationem. Modus autem fricationis est notus. Questio. I.

Dubitatur vtrum istis possit dari medicina solutiua. ¶ Videtur quod sic per Ras. 16. continentis in hoc capitulo: vbi auctoritate Alexan. dicit. Da in potu laxatiuum ad alleuiandum illud flegma: vt non aggrauetur super naturam: quod si videris egrum corroborari super residuum bonum erit: sin autem: da ei iterum laxatiuum. ¶ In contrarium est Auic. supra ⁊ Gal. ⁊ ratio eorum est. nam isti humores faciunt syncopim quiescentes: quia non habentes fortem motum. ergo multo magis forti pharmaco moti aut debili. ¶ In hac discordia non est via concordie: nisi illa: quam sepe diximus in similibus quandoque: nibus: ⁊ est quod quilibet istorum virorum processit cum sua extimatiua: ⁊ vtraque est possibilis de facto. Alex. enim arbitratus est quod farmacum minoret de materia grossa viscosa: quam fricatio non potest educere: ⁊ quod homo sit tam fortis in virtute: quod possit tolerare motum a farmacia factum antequam extra educatur humor: sed Gal. ⁊ Auic. arbitrati fuerunt contrarium. ⁊ neutra partium potest alteri concludere: ⁊ vtraque potest conuenire. Et potest etiam dici: quod Alexan. loquitur de febre syncopali: in qua flegma est benignum: ⁊ sanguini appropinquans. Unde subdit de phlebotomia: si videtur medico: ⁊ talis homo: quia fortior in virtute potest tolerare pharmacum. Auic. autem ⁊ Gal. loquuntur in febre syncopali: in qua flebotomia est prohibita. Unde. 12. terap. In nullo talium sanguinis ablatio sine maximo consueuit fieri nocumento.

¶ Et ad summum canon. curationis eorum est subtiliatio non calefactio valde. Et de illis: que conferunt eis sunt subtiliantia: sicut aqua mellis. cum virtute hissopi: ⁊ seminis apij in matutinis: et similibus eis.

¶ Hic ponit secundum canon. subtiliatio. s. flegmatis. non calefactio valde: quia ingrossaret illud ⁊c. Questio. II.

Dubitatur vtrum in cura syncopalis cuius medicus debeat esse contentus fricationibus ⁊ dieta tenui. s. solo mellicrato cum hyssopo vsque ad plures dies. ¶ Videtur quod sic per Gal. ⁊ Auic. ⁊ ratio est: quia cibatio auget materiam. vt supra dixit. ¶ In contrarium est Alex. in capitulo de syncopi cum plenitudine: vbi contra Gal. secundum intentionem procedit dicens. Nescio quid passus est Gal. qui sic ordinauit: ⁊ ostendit ibi: quod in sequentibus quibusdam medicis. curam Gal. male successit: ⁊ non potuerunt hominem curare a morte. Et ratione suadet: quia dicit Alex. non videtur: quod virtus possit esse tam fortis: que immoderatas fricationes sustineat: ⁊ stare sine cibo: ⁊ ideo suadet moderatius fricari. quam Gal. precipiat: ⁊ non sic tenuiter dietari ⁊c. ¶ Hec contradictio tollitur sicut prima. Quia quilibet processit cum sua extimatiua: ⁊ potest dici quod vel humores istorum sunt mali: a quibus corpus non potest nutriri: ⁊ tunc non debent ita subtiliter dietari: longum enim ieiunium ferre non possunt: ⁊ tunc non eris contentus mellicrato. sed dabis de ptisana: vel aquam decoctionis pulli: vel secundum quod tibi videtur. Gal. non desperat de salute istorum: vel istorum humores possunt digeri ⁊ conuerti: ⁊ sic ieiunium tolerant: ⁊ regimen subtile multum per solum mellicratum vsque ad septimum diem secundum extimationem Gal. ¶ In matutinis ⁊ similibus eis. s. horis vt sero ante cibum: vel similibus. s. rebus: vt thimi: ⁊ petroselini ⁊c.

¶ Quod si fuerit illic fluxus vētris superfluus decoque mel decoctione vehementiore: ⁊ nō soluet nisi parꝫ tēperatum iuuatiuum.

¶ Hic est tertius cañ. ⁊ est cañ. Gal.

¶ Et syrupus acetosus mellinus iteruꝫ confert eis in estate qdē: ⁊ cū ꝯsuetudine potus aque frigide: ꝑmixtus cuꝫ aqua frigida: ⁊ in hyeme opꝫ: vt non sumat eā in potu penitus: ⁊ sit contentus aqua calida: ⁊ assumere calidū ex potibus est melius eis: nisi apud necessitatē estus estatis: ⁊ vehementiā caloris plurimi.

¶ Hic est quartus cañ. notus.

¶ Et conuenientius: quo potantur ad sitim: est syrupus acetosus mellinus.

¶ Hic est quintus cañ. ⁊ notus: vtitur aūt his potibus mellinis: ⁊ non zuccharinis propter digestionem: ⁊ maiorem flegmatis abstersionem.

¶ Et vinuꝫ confert in eius principio: ⁊ proprie si fuerint febres coꝝ sanguinee. sed paꝝ sunt: ⁊ proprie in senibus. Et necessarium est in eis vinum post cibum.

¶ Hic est sextus cañ. de vino. Questio. III.

Dubitatur quō ꝯcedit vinū in ꝓn°: cuꝫ mā sit indigesta: ⁊ iam ꝓceptū est supra ꝙ ded' digesta mā. ¶ Amplius. Quō si febres sunt sanguinee: cum mā sit calidior: ⁊ ideo minus cōpetit vinum. ¶ Amplius. Quō post cibū: q2 faciet descendere cibū. Suspicandū est de isto textu: ne trāslator errauerit. Auic. eniꝫ sequit' Gal. in hac cura: ⁊ textus. xij. tera. est iste. His aquosum vinum confestim a ꝓncipio aptuꝫ est nisi vehementer febriant: qd̄ nō valde aquosuꝫ contingit ſm predictam' dispositionem. Adhuc autē magis si senex contigerit. ¶ Dicamus igitur vtriusqꝫ textum saluando: ꝙ isti ambo ꝯcedunt vinū a ꝓncipio. s. post tres: vel quattuor dies: cuꝫ materia subtiliari incipit: vt Auic. dixit supius in cañ. generali: vel a ꝓncipio: q2 statim a ꝓmo die: ⁊ hoc intēdendo plus ad accidens qd̄ est syncopis q̄ꝫ ad aliud. preiudicat ergo syncopis cause: ⁊ sic soluit' ꝑ īmum argumentū: aquosum autē dꝫ esse istud vinū: ⁊ non vinosum ne inflāmet. Gradū autem sue potentie mēsuret medici extimatio: ⁊ quātitatē in pōdere aque. Auic. ꝓo dixit si fuerint febres sanguinee: vbi quidam habent si nō fuerint sāguinee. i. inflāmatiue: ⁊ Auic. dixit hoc q2 flegma sanguineū non ita est crudū a ꝓncipio: sicut flegma non sanguineū: ⁊ ideo rōne dispōnis in causa: securius pōt vinum concedi: lꝫ ex parte flāme minus possit concedi: ⁊ in hoc statur bonitati extimationis. Et ꝓprie in senib'. s. debet dari vinū: vel proprie in senibus. s. parum sunt syncopales febres sanguinee. ¶ Uinuꝫ post cibū. quasi dicat bibant non soluꝫ quando cibātur vinum: sed etiam extra horas cibi propter debilitateꝫ bibant: vel iste est modus sarracenoruꝫ potare post. s. digestione facta ad delationem cibi: ⁊ sic cessant contraria.

¶ Et tibi quidē necessariuꝫ est: vt ꝯsideres pulsum habentiū hanc egritudinē semꝑ: ⁊ cuꝫ videris eū incipere debilitari ⁊ cadere subito: ciba eū pane infuso in vino cōmixto: si nō prohibet apa in visceribus. Cū ergo associatur ei huiusmodi egritudo nō est curatiōi modus: neqꝫ fiducie locus. i. qñ accidit hmōi alteratio i pulsu: ⁊ hec quidem cibatio est ex eis: que necessaria sunt: qñ vehemens fit sincopis: veꝝ opꝫ: vt ꝓhibeatur illud. Cibus aūt: super quē fit dormitio: est aqua ordei: super quā non addat' nisi cū cadit virtus: ⁊ si additur: tunc fit panis infusus in iulep: aut aqua mellis.

¶ Iste est septimus cañ. ¶ Considera: ꝙ Auicen. duo ponit cibaria: vnuꝫ pro syncopi. s. panem in vino. alius est cibus respiciens virtutem in relatione ad morbum ⁊ est aqua ordei ⁊c̄. super quam fit dormitio: nā non datur causa syncopis: sed cibus qui datur causa syncopis est super queꝫ non dormitur: q2 syncopim patiens precipitur vigilare: vt tertio cañ. Fen. xi. ¶ Cuꝫ ergo. Causa huius dicta fuit supra veꝝ oportet: vt prohibeatur illud. s. syncopis vel illud. i. ille cibus quando non est syncopis vt statim subdit.

¶ Et balneum quidem est de rebus nocibilioribus istis.

¶ Hic est octauus cañ. ⁊ cā est q2 debilitat: ⁊ eliquat mās.

¶ Et calidum ⁊ frigidum valde ex aere: cuꝫ calido eniꝫ non fit securitas de cursu humoꝝ ad pulmonem: ⁊ ad cor: ⁊ ad cerebrum: ⁊ frigidū prohibet digestionē eius.

¶ Hic est nonus canon. ⁊ patet.

¶ Quod si fuerit in ea humor cholericus aliquis: tunc si facilis est vomitus ⁊ leniatur: est iuuatiuus valde.

¶ Ponit curam febris syncopalis a repletione cholere: de qua supra dixit. facilis est vomitus propter cholerā ⁊ propter locū: quia illa cholera multū inuenitur in stomacho: vt supra diximus. ¶ Et leniatur. s. venter: vel. i. fiat vomitus leuis: est enim iuuatiuus valde. scilicet vomitus: vel lenitio ventris. Ista eniꝫ materia facilius mouebitur ad euacuationem q̄ꝫ phlegma.

¶ Et ad vltimū meli' est: vt assidue ꝓficiat i ea.

¶ Et ad vltimū. i. in sūma melius est ⁊c̄. proficere in hac febre est quotidie aliquid agere in ea de hac lenitione leui: ⁊ etiā fricatione leuiori q̄ꝫ in flegmatica: ⁊ attendere virtuti: vt diximus: ⁊ maxime quotidiana profectio est per quotidianam lenitionē ventris: ⁊ vomitum leuem: vt non cogamur subito vna die multuꝫ euacuare.

¶ De cura feb. cū sincopi minuta. Cap. lxi.

Oportet vt emplastret' pectus eius cū sandalis ⁊ aqua ros. ¶ Et viuificetur cū cibo paulatim. Et sit cibus eius: sicut panis de simila īfusus in aqua granatoꝝ infrigidata: si desiderat ipm: ⁊ sit' in aqua de fructibus. ¶ Si aūt indiget' ad virtutē almososat factis ex pullis cum aceto ⁊ aqua agreste ⁊ oleribus fridis: ⁊ ꝓprie coriandro erit iuuamentum in hoc si exhibeatur.

¶ Hic ponit curam febris cum syncopi. s. que dicitur minuta subtilis: ⁊ primo per epithimata: que conferunt febri: ⁊ materie subtili praue: ⁊ cordis virtutem confortant. vtile est etiam ponere de spodio.

¶ Et viuificetur secundo per cibaria: que sunt refrenantia choleram ⁊ confortantia aliquatr. ¶ Aqua de fructib'. i. de pomis granatis: vel piris: de semi. vel aqua melonis: nec credo ꝙ intelligant aquam de fructibus: scilicet de cassis: vel tamarindis: tamē si in die quietis ista lenitiua dantur: est vtile ad leuiter educendum illā choleram ⁊ proprie tamarindi: vt apparet secundo cañ. caplo de tamarindis. ¶ Si

autem. Ponit cibaria ad syncopim utiliora. Almososat. i. cibaria quedam acetosa facta ex pullis: et patet.)

¶ De regimine nocturne et diurne. Cap. lxij.

Regimen earum ambarum est regimen flegmaticarum: neq3 est diversitas in eis.

¶ Pz ex his: que supra diximus de istis fe. etc.

¶ De quartana periodica. Cap. lxiij.

Plurimū quartana est periodica: et minorat̄ casus quartane inseparabilis. ¶ Cause vero quartane sunt ea: que generāt melancholiā: postea putrefaciunt eā: et tu iam scivisti totū illud. ¶ Et scivisti q̄ melancholia alia est: que est fex sanguinis: et alia: que est adustio ei⁹: et cinis humoꝝ. ¶ Et scivisti: q̄ de illa est sāguinea: et de illa est phlegmatica: et de illa est cholerica: et de illa est adustio ipsius melancholie naturalis.

¶ Post scientiam de febribus p̄dictis loquitur de quartana. p̄mo. secūdo de febribus annexis illi. ibi 2ᵒ. (Et noiat̄ philanos.) ¶ Prima in tres. Primo ponit diversitatez huius febris. Scd̄o signa. Tertio curam. ibi 2ᵒ. (Signa.) ibi 3ᵒ. (Consideret̄.) ¶ Prima in quattuor. Primo ponit divisionem in suos modos. Scd̄o eius causas ponit. Tertio modum ꝯsecutionis ad alias febres. Quarto ostendit que est saluior: et que minus salua. ibi 2ᵒ. (Cause.) ibi 3ᵒ. (Et plurimum.) ibi 4ᵒ. (Et saluior.) ¶ Causa aūt quare raro evenit quartana ꝯtinua: et frequēter iterpollata est: q2 humor melancholicus est paucus et valde ineptus putredini. Cū ergo colligitur intus in venis anteq̄3 putredo possideat illū: natura expellit illum ad extra venas.

¶ Scivisti totū illō. Quia cās melācholie scivisti p̄mo cañ. caplo de qualitate ḡnationis humoꝝ. causas vero putredinis scivisti supra in hac Fen. tractatu secundo p̄mo caplo.

¶ Et existimauerūt qdā hoīm: q̄ quartana nō generat̄ ex melācholia nāli: qm̄ ipsa nō putrefit. Et huius qdē sermo nō opz: vt auscultet̄: q̄ primo de proprietatibus oīs humiditatis est: vt putrefiat quāuis rarificet̄ in preparatione.

¶ Oīs humiditatis humoralis etc. Ratio: q2 pōt dimittere regimen sui callidi: et occupari a calido extraneo: et hec est ratio putredinis: vt Gal. 2ᵒ de differētijs febriumꝫ et .xi. terapeutice. ¶ Quāuis rarificet̄. i. diversificet̄ in p̄paratione: q2 aliq̄ue humiditates sunt p̄paratiores q̄busdam: vel rarificet̄. i. raro eveniat hec putredo melācholie in p̄paratione. i. propter preparationem: quā non habet.

¶ Et plm̄ qdē evenit in successione egritudiꝫ febriū diversaꝝ putridaꝝ pp̄ diversitatē humorū ex qb⁹ ḡnant̄: ex quoꝝ putrefactiōe cuz addunt̄: et nō evāant̄ multiplicat̄ melia. deīde cū putrefit est q̄rtana. ¶ Et multotiēs qdē accidit successione splenis: et cū hoc ipsa f̄m plm̄ non evacuat̄ ex dolore splenis: aut duritie eius.

¶ Hic est sermo Gal. 3ᵒ pnosticoꝝ sup illo verbo. Febribus vero inordinate etc. et est planum.

¶ Et saluior q̄rtana est illa: q̄ nō accidit ab apāte splenis: aut alijs: aut cū qua nō est apā splenis. Quartana. n. que evenit ab apāte splenis: aut cuz qua est apā splenis multotiens perducit ad hydropisim et pernitiem.

¶ Ab apostemate. s. splenis et alijs. s. passionib⁹ pravis splenis: vt duricieb⁹: et opilationib⁹. ¶ Ad hydropisim. Vi de hoc tertio cañ. Fen 14ᵒ.

¶ Et q̄rtana que salua est: liberat ab egritudinibus malis melācholicis: sicut mlīa et epilepsia: et in ea est securitas a spasmo: qm̄ humor est siccus: et f̄m plm̄ est salua. Et qñ nō accidit in ea error non addit supra annū: et quandoq3 p̄durat .xij. annis: et quod est īfra eos. Et que ex ea longa est: perducit ad hydropisim.

¶ Et in ea est securitas a spasmo. Iste est apho. lxx. 5 p̄ticle: et vbi dr̄. A q̄rtanis habiti nō valde a spasmis app̄hēdūt̄. Et dat̄ hic vna cā: q2 humor est siccus. s. exsiccās ꝯq̄ nō est cā spasmi. Vel q2 humor est siccus terrestris nō apt⁹ fluere ad nervos. Alia cā dat̄ ab Avi. ii. 3ᵒ. Fen 2ᵒ. cᵒ de spasmo: que cā est ꝯcussio: vt suadet vñ fit māe eiō: et alia nota sūt.

¶ Et scias: q̄ autūnus est inimicus quartane.

¶ Capitulum. lxiiij.

Signa sunt q̄ quartana incipit in primis cū frigore parvo: deinde incipit frigus eius addi: postea minoratur paꝝ apud statuz: sicut in flegmate.

¶ Primo ponit q̄daz signa cōia q̄rtanis. Scd̄o ponit signa f̄m diversitatē cāꝝ. Tertio ponit signa sp̄alia a pulsu: et vrina et alijs quibusdez. ibi 2ᵒ. (Et illius.) ibi 3ᵒ. (Et pulsus.) ¶ Prima in 4ᵒʳ: sicut q̄ttuor modos signoꝝ ponit. et in fine pōit duos cañ. ibi 2ᵒ. (Et de signis.) ibi 3ᵒ (Et de signis.) ibi 4ᵒ. (Et piodus.) Canones ponit. ibi. (Et multotiens.) ¶ Prima sūma signoꝝ q̄rtane sumit̄ ex mō sui typi. ¶ Cōsiderādū in p̄mis. i. in p̄n°. p̄ncipij paroxismi. deinde. s. p̄cedente poxismo etc. Apud statū. i. versus statū sicut etc. vt sit sensus: q̄ frigus in hac febre h3 manifestū p̄nᵐ augᵐ statū et declinationē: et hoc p̄pter tarditatez motus melācholici: sicut ēt in flegmatica. Et in h̄ īnuit: q̄ frigus ex hoc humore est ex eius fridktate nō ex fuga caloris p̄pter mordicationē māe: s3 est sicut frigus ab aere frido inductū: et ita est in flegmatica. Frig⁹ tñ flegmatice est maius: q2 flegma est frigidius q̄3 melia: s3 in h̄ sit aliq̄ ꝯsideratio. Pñe tñ isti sermones referri ad p̄nᵐ totius morbi: vt dicat̄ frigus p̄morum poxismoꝝ est parvū: q2 mā tarde movet̄: cū sit cruda. Deinde. s. in augmēto et statu incipit addi: q2 magis digesta magis subito movet̄: postea minorat̄ apud statū. i. post statuz in declinatione: q2 mā est minorata. Et hec sunt dicta supra cap̄ de tertiana. Et itelligo q̄ h̄ frigus nō addit̄ in augmēto et statu: q2 addet̄ frigus in mā. imo eo ipso q̄ magis est digesta: est minus frida: s3 addit̄: q2 magis digesta magis subito movet̄: et hoc est potius addi ꝯcussione sive tremorem: q̄3 frigus qualitativū inductū qualitate materiei.

¶ Cūq3 calefit corpus non est caliditas vehemens: l3 sit maior et magis apparēs q̄3 illa: que est in flegmatica: ipsa enī3 cū difficultate sua et inflāmatione nō inflāmatur inflāmatione: de qua curatur: sicut ignis in lignis grossis: et nō comprehendit super corpus totum: imo est illic caliditas cum horripilatione: et causa in hoc est grossitudo humoris.

¶ Cūq3 calefit non est caliditas vehemēs. s. sicut tertiane.

¶ Licet sit maior. Q3 materia magis ꝯtrariatur inflāma-

tioni apparenti frigiditate ⁊ superflua humiditate obrūdēte calidū. ¶ Ipsa enī. Uult declarare: ꝙ caliditas in mā melācholica non sit vehemēs. Ipsa enī. s. mela: de q̄ curet. i. incēsa sicut ignis in lignis grossis. i. terrestrib⁹: q2 non surgit ab eis flāma multo: lʒ illa que surgit sit satis clara: vel de qua curet. s. subito: ⁊ nō cōprehendit. s. subito sup corp⁹ totum. imo est illic caliditas. s. in interioribus cum horripilatione. i. frigore in extremis: quasi dicat sensato ⁊ manifesto tpe fit pcessus de frigore ad calorem ppter grossitieʒ humoris: qui difficulter calefit ⁊ inflāmatur.

¶ Et est cum frigore ⁊ aliquantulo dolore: quasi frangat ossa.

¶ Et est cuʒ frigore. s. ista febris: quasi dicat in hac febre sicut in flegmatica sentit verꝫ frigus. Et cum aliquātulo dolore. i. cum dolore: quasi fit ɔfractio ossium. Credit ꝙ cum nutrimētum sit melācholicū: euenit cōmotioneʒ ibi fieri ꝓprietate melancholici humoris: vel eius caloris: q2 vel vapores a melācholia surgentes qui sunt grossi sicci sunt cā: vt in pāniculis circa ossa ⁊ musculos causent quēdā malū sensum mouentē ad contractionem: qđ non facit leuis vapor flegmatis: ⁊ iste est sensus confractionis.

¶ Et est illic contractio: ppter quā strident dētes: verꝫ nō sicut in flegmatica: quapropter ꝑducat illud ad debilitatem visus: veruʒ lenitur apud digestionem: quoniam malitia minoratur: sicut fuit in principio parumper.

¶ Et est illic. s. in quartana ɔtractio. s. in musculis mādibulaꝝ: ppter quā strident dentes. Stridor enim dentiuʒ fit ex modo ɔtractionis siue spasmi musculoꝝ mādibularuʒ: vt declarauimus ꝑ pnosticoꝝ. vapores igitur grossi sicci faciunt hoc. verꝫ non sicut in flatica. ¶ Dubitat de hoc: q̄re in flatica non fit stridor dentium. ¶ Dōm pmo per istē corruptionē non fit. ¶ Uel dōm: ꝙ hoc non refert ad tremorem ⁊ ɔcussionem mēbroꝝ alioꝝ ⁊ mandibulaꝝ: q2 talis tremor ⁊ ɔcussio magis fit in q̄rtana: vt videt sentire Ras. ⁊ expientia ostendit: sed refert ad frigus: de quo supra dixit. Dixit enī ⁊ est in quartana frigus sicut est in flatica: q2 mā flegmatis est frigidior. ¶ Sed dubium est quis duoꝝ humoꝝ sit cā maioris tremoris ⁊ ɔcussionis: an melācholia: an flegma. ¶ Eādem hanc qōnem scripsimus libro 3° Fen p°. cap̄ de epilensia. ¶ Pōt tertio dici ꝙ tā in flegmatica: q̄ʒ in melācholica pōt accidere qdaʒ tremor ⁊ stridor dentium: ⁊ ɔcussio mādibulaꝝ: ⁊ hoc qñ fit in eis tremor: ⁊ hoc fit in tertiana. Sed verus stridor: qui est quedā confractio ex ɔtractione ⁊ cōpressione facta in musculis mandibulaꝝ fit ppie in quartana: ⁊ in flegmatica non fit sic. i. nō fit in quartana talis modi: qualis fit in flatica. Humoꝝ enim melācholicoꝝ vapor terrestris: ⁊ siccus stiptic⁹ mouet pāniculos lacertoꝝ ⁊ neruos ad quandā inspissationē ⁊ cōpressionē siue stipticitatem ɔtinuaʒ notabili: tpe: qđ nō facit vapor alterius humoris: nisi participet nā melācholica. ergo fiet mādibulaꝝ confricatio ex hoc: ⁊ nō fiet soluʒ percussio eoꝝ adinuicē: sicut fit in flegmatica cū in ea aduenit ɔcussio: ⁊ sic fit q̄nq3 in tertiana. Cōsidera ergo hec: ⁊ ꝑducit illud. i. talis ɔfricatio dentiuʒ. s. cā sua: que est malus motus in musculis tpalib⁹ ad debilitatē visus cōitate eoꝝ ad cerebrū ⁊ neruos opticos. vel ppter ɔcussionē mandibule superioris ⁊ dentium cōicantium partib⁹ oculi. ¶ Verꝫ lenit. s. frigus apud digōnem. i. digesta mā: ⁊ verificat hoc de frigore sequēte qualitateʒ mãe: non aūt de frigore sequēte motū: vt iam apparuit: vel lenit. s. stridor dentiū. naʒ mā melancholies digesta non est ita stiptica terrestris: ⁊ ideo non facit ita verꝫ stridorem: ⁊ hoc est qđ dicit: qm̄ malitia minorat. s. vt malitia sui frigoris: ⁊ malitia sue stipticitatis ⁊ terrestreitatis: sicut fuit. i. ab eo qđ fuit in pn°. ¶ Parumper: q2 digestio melancholie non oino illam rectificat: nec oino illam remouet a sui terrestreitate: ⁊ stipticitate: ⁊ ponticitate: sed parūper. ¶ Uel sicut fuit in pncipio parūper. scilʒ frigus quartane: ita digesta mā est etiam parūper: sed propter aliaʒ cām fuit a pncipio frigus parūper: q2 ppter paucum tarde materie motū: sed digesta materia ppter aliam cām: q2 ppter remissionē frigoris in materia per digōnem: ⁊ vel in pncipio fuit parūper. i. stridor dentium: non q2 materia nō esset magis pōtica terrestris: q̄ʒ qñ est digesta: ⁊ sʒ nō sic mouebat in pncipio sicut in augmento.

¶ Et de signis quartane sunt cause eius antecedentes ex febribus: que prolongate fuerunt: ⁊ ex splene: aut dolore.

¶ Et de signis. Aut dolore. s. splenis.

¶ Et de signis quartane etiam sunt dispositio complexionis ⁊ significationes melancholie: ⁊ etas: ⁊ tempus: ⁊ cibus: ⁊ forma: ⁊ consuetudo: ⁊ que sunt his similia.

¶ Et de signis patet.

¶ Et periodus eius est. xxiiij. horarum.

¶ Et periodus. i. paroxismus.

¶ Et multotiens est febris tertiana in estate quidem: ⁊ fit quartana in hyeme.

¶ Et fit quartana in hyeme. Quia humores adusti in estate constringunt in hyeme. s. frigore adueniente: ⁊ phibentur a resolutione ⁊ euacuatione. vnde putrefiunt.

¶ Et multotiens perducunt febres diuerse ad febres permixtas: in quibus non est ordo propter diuersitatem residui humorum remanentium post febres. ¶ Cum ergo status confirmatur ꝑm cinereitatis additionem confirmātur super quartanam.

¶ Iste est sermo Hippo. 3° pnosticoꝝ. Febres inordinate ⁊c. ⁊ Cōmētatoris ibidē: febres diuerse: q2 pmo ɔtinue postea interpolate ad febres permixtas: quibus ⁊c. i. ad febres diuersas inordinatas. ¶ Cum ergo ɔfirmat aliter stant. s. ille febres ꝑm additioneʒ cinereitatis. i. q2 fit conuersio sanguinis ad mām melancholie huius cinerulēte: vel cū ergo stant. s. ille superfluitates ⁊c. ⁊ est iste sermo Gal. ibidem cuʒ dicit. Cū ergo equat egritudo in oibus venis cuʒ victoria cholere nigre: attingit tunc febris quartana.

¶ Et illius quidem: que est a flegmate adusto sunt paroxismi longiores: ⁊ accidit eis frigus ꝑm plus successione assiduationis: ⁊ est sudor tardior: ⁊ vrina grossior: ⁊ durities venarū minor: ⁊ fit ꝑm plm successione febriuʒ flaticaꝝ.

¶ Non ponit signa quartane a melancholia fecali. s. nāli: q2 predicta signa quartane absolute sibi adaptant. Sunt paroxismi longiores: q2 mā habet grossitiem per nām melancholicam ⁊ viscositatē ex flegmate: vnde facta est melācholia. ¶ Successione assiduationis. s. flegmatis: q2 postq̄ʒ incipit calefieri: iterꝫ recipit frigus: sicut supra dicebat in flegmatica ex viscositate humoris. ¶ Urina est grossior. ¶ Contra. Quia melācholia est grossior humor q̄ʒ flegma. ¶ Dicendum: q2 melācholia postq̄ʒ est flegmatica est apta eliq̄tioni ⁊ dissolutioni in aquā plus q̄ʒ qñ est pura melancholia ex hoc vt vrina grossior fiat: melancholia enim licet sit grossior recedit ad fundum vasis: ⁊ illam ⁊c.

¶ Et illam: que est a sanguine adusto: antecedunt signa sanguinis: ⁊ febris eius: ⁊ rube-

do vrine: et signāt ipsam formā: et etas: et tps: et fortasse erit post febres sanguineas.

¶ Ponit signa sanguinee post febres sāguinis. Dixit fortasse: quia pōt gñari melācholia sanguinea per paulatinā adustionē absqz febre: vt dximus gñalr 3° pnosticorū: et sic de alijs modis melle per aliorū humorū adustionem.

¶ Et in illa que est a cholera adusta: est pulsus vehemētioris velocitatis et frequētie: et incipit cū horripilatione et frigore in carne: et siti et sudore. Et qñqz fit ira: et sudor: et inflāmatio: et signāt ipsaz fortiora tps et etas: et qñqz signāt ipsam: q ipsa fit successione febriū cholericarū.

¶ Ponit signa cholerice cū horripilatione propter pūctionem cholericam.

¶ Et pulsus in quartana est decliuis ad duritiem pp̄ter siccitatē humoris. Ipse enim trahitur ad interiora: quasi ipse esset pulsus serris: et ad equalitatē dum mouet: et si moueat: diuersificat pulsus valde pp̄ter grossitudinē superfluitatis: et fit mūdificatio eius apparens apud tēporē: et est signatio cōpleta super quartanā. Et multotiens accidit in eo dyastoles inequalis: et systoles vehemētis necessitatis fm̄ ɔtrarium eius: qd est in tertiana. ¶ Et pulsus qdē quartane melior est pulsu flegmatice in paruitate et frequētia: sed est similis ei in tarditate: et apd inceptionē paroxismi addit tarditas sua et frequentia: et diuersitas eius est maior diuersitate reliquarū febrium: deinde incipit magnificari et fieri frequens: et velox.

¶ Hic ponit quedā signa specialia: q a quibusdā specialibus rebus sumpta. Primo a pulsu. Scdo ab vrina. Tertio a sudore. Quarto a siti. lz aliqua intermisceat. Partes patent. ¶ Serinus. i. durus, diuersus, vel serris. ¶ Et ad eqlitatē. dum nō mouet. i. dū non est in pncipio paroxismi: q dū iā manifeste calefit: non sic difformiter calefit melancholia sicut flegma: vel dum non mouet. i. dū non est paroxismus apud tēporē. i. in hora quietis. ¶ Et est significatio. s. respectu quotidiane. in qua nō fit mūdificatio cōpleta. ¶ Et multotiens. Cōsiderādum: q lz in oī putrida sistoles non fit velocior et maioris diuersitatis q diastoles: vt supra diximus in gñalibus signis. tñ in qrtana respectu tertiane hoc plus accidit: q pp̄terea humor est grossus multū incitans ad sistolem plusq ad diastolē: sed in tertiana: q humor est ardens subtilis econtra est respectu quartane: et hoc est qd dicit: multotiēs accidit diastoles inequalis. i. diuersa: et inequalis sistoles vehemētia etc. i. adhuc magis diuersa fm̄ contrarium tertiane etc. ¶ Et pulsus qdem quartane melior est etc. i. non est ita paruus nec ita frequēs sicut pulsus flegmatice: et hoc iam declarauimus supra caplo de febre flegmatica. silis ei in tarditate: et causa etiā est dicta. Et pōt dici q quātum facit in febre flatica ad tarditatē pulsus debilitas vtutis: vnde recuperat pp̄ter frequētiam tñ facit ad tarditatē pulsus in qrtana minor paruitas. i. pulsū nō esse ita paruū sicut in flegmatica: vnde pōt cū meliori paruitate euētare: vt non sic cogat ad velocitandum pulsum. ¶ Et apud. Iste sermo dz sic intelligi: q apud inceptionē paroxismi. i. typi: q p̄cedente, coaddit tarditas pp̄ter additionem frigoris: et frequētia. s. addit fm̄ aliquā pportionem: q aliqua facta paruificatione maiore in pulsu aliqualiter additur frequentia. Sed Dynus habet addit frequētia et raritas: et dicit q sic vult dicere: q fm̄ Gal. 2° de crisi: sicut in quartana addit tarditas: ita etiam addit raritas. Sed si lra dicit. Addit frequētia: dicit Dynus q vult exponi. i. addit superatio frequētie in pulsu quartane respectu pulsus flegmatice: q in quartana superatur frequentia respectu flatice: et q superatur frequentia: ē rarior in febre qrtana q flatica. ¶ Et si tu ɔsideras: ista est corruptio textus: tamen Auicē. vult q p̄cedente frigore lz pulsus fiat tardior et rarior q prius: cū plus fit tardus q rarus: q defectior facta virtus plus recōpensat per frequētiam: q per velocitatē: similr p̄cedēte calore pportionalr plus fit frequēs: q velox. ergo est plus tardus q rarus: et hoc intelligit: et seqt Aui. Gal. fantasias. ¶ Et diuersitas eius: q est humor grauior virtute. s. ponderosior in locis venarū et arteriarū. Et forsan q in hac diuersitate pulsus sunt plures respectu flegmatice. Deinde. s. cū incipit calor: incipit magnificari.

¶ Et vrina in quartana est similiū horarū priuatione digōnis pp̄ter frigus materie: et grossitudinē eius nisi apud statū bonū. Verū dispōnes ei⁹ et colores eius diuersificant: et illud iō: qm̄ melia gñatur ex humorib⁹ diuersis. ¶ Et de signis digōnis quartane est leuitas tremoris. ¶ Vrina aūt in principio est alba ad viriditatem decliuis: cruda cui non est digestio. Et post principiū diuersificat eius dispositio: pp̄terea q plīm mlie est gñatum ex humoribus diuersis: et est apud declinationē nigrū. Et sudor in quartana est pluribus per cōparationē ad flegmaticā: et non multiplicat per cōparationem ad alias. Et sitis minoratur in hac febre: nisi sit a melancholia cholerica.

¶ Et vrina etc. similiū horarū: q nō est modo subtilis modo grossa sicut dicebat in flegmatica: q non est humor tāte multitudinis nec viscosus: et ideo nō sic difformiter mouet ad opilationē et apritionem opilationū. Vel similiū horarū etc. i. longo tpe durat priuatio digōnis: et verū est: quia melācholie sunt varie et multe. ¶ Et de signis digestionis. ¶ Cōsidera q in statu typus: et frigus in qrtana est maior: vt supra dicebat caplo de tertiana ex intētione Cōmentatoris p̄mo epidimiarū. et Ras. 18. ɔtinentis caplo de qrtana circa finē dicit. Post elongationē dierū subtiliabit melācholicus humor: et sparget per mēbra sensibilia: et tunc vehemens erit rigor: et hoc est signū bonū in hac febre. significat enim finem et digōnem: iam diximus sepe: q digesta melia et etiam flegmate rigor: vel tremor: vel frigus sequēs qualitatem materie remittit: sed sequens motū vehementiorem auget: et vtrunqz istorū potest cōtingere de facto: vt aliqñ in statu digesta mā sit minor rigor: et aliqñ maior. Et tu considera. Reliqua que dicit sunt nota.

¶ Et fluxus ventris viridis sanguineus: aut lotiuus non cum casu virtutis et alhumera est aliquid de variolis et morbillis.

¶ Hic est quintus casi. ¶ Considerãdum ꝙ Auic. vult te scire secuꝝ in fluxibus apparētib⁹ in variolis ⁊ morbillis: qꝛ sunt in eis ꝯformes. vnde possunt fieri nō cadēte virtute. nam ꝓpter ebullitionem euenit materias fieri virides circa loca nutritiua: ⁊ ex abūdantia sanguinis ꝓfluere partes eius. sꝫ ex calore eliquatiuo ebullitiuo faciente aquosum sanguinem fluere: ⁊ esset fluxus lotiuus sicut lotura carnis. ⁊ poterit intestinoꝝ viscositas abradi. Si ergo non vides casum v̄tutis. non iudices mortem. qui aūt vult scire horū fluxuum sciam legat Fen. 14. ⁊. 16. tertij libri. vbi hoc dixi mus exponat̄. igitur hic. Est aliquid de variolis ⁊c̄. i. apostema consequens ad viasiallias ad variolas.

¶ Et multotiens quidem variolat̄ homo duabus vicibus: quando aggregatur materia ad expellendum bis.

¶ Hic est sextus casi. Auer. colliget 4° dicit: ꝙ hec egritudo solū aduenit patienti semel. Auic. v̄o dicit: ꝙ qñq; bis. Rasis. 18. ꝯtinētis dicit: ꝙ qñq; bis accidit ⁊ ter. Dicamus ꝙ variole: que sunt ex menstruali infectione tm̄ semel accidunt: qꝛ cū fit ebullitio separatiua: ⁊ cū accidūt bis est valde extraneū: ⁊ esset cum ꝓpter ebullitioně vnam non esset facta rectificatio: sed variole ex malitia ciborum ⁊ aere possunt bis ⁊ ter euenire ⁊ amplius vt credo: ⁊ hoc Aui. innuit cum dicit: ꝙ aggregat̄ materia ad expellendum bis.

¶ Et coloris plumbini sunt variole. quarum bothor in facie. et pectore. ⁊ ventre sunt plusq̄ in cruribus et pedibus: et sunt male: et signãt materiam grossam: que non expellitur ad extremitates.

¶ Hic est septimus casi. color plumbeus significat materiam flegmaticam frigidam habentem aliqualiter de melãcholia: quam cum natura ad longinquum pellere non possit pellit illam ad propinquam partem.

¶ De signis apparitionis variolaꝝ. Cap. vij.

Quandoq; antecedunt apparitionem variolaꝝ dolor dorsi: ⁊ pruritus nasi: ⁊ timor in somno: ⁊ punctio vehemens in membris corporis: ⁊ grauitas cõmunis: ⁊ rubedo in colore faciei: ⁊ oculi. ⁊ lachrymę: ⁊ inflãmatio: ⁊ multitudo alicum ⁊ saltus cum constrictione anhelitus: ⁊ raucedo vocis: ⁊ grossitudo sputi: ⁊ grauitas capitis: et dolor capitis: et casacã: et exiccatio oris: et angustia: et dolor in gutture et pectore: ⁊ tremor pedis apṓ resupinationě et declinationě ad ipsam. Et cū hoc toto febris conclusa.

¶ Hec signa sunt antequam appareant in cuti: ⁊ sunt cum incipit ebullitio intus. ¶ Dolor dorsi: quia ibi est vena magna: in qua fit extensio propter sanguinis multitudinem: ⁊ eius ebullitionem. vt scribitur. 18. continentis. ¶ Pruritus nasi non significat nisi lumbricos. ¶ Timor in somno ex illis vaporibus motis ad caput ⁊ retentis: qui in vigilijs resoluebantur. ¶ Et repletio superflua aggrauans est causa somniorum punctio in membris: quia iam materia penetrat vt faciat pustulas. scilicet variolas. ¶ Grauitas communis: scilicet toti corpori propter multitudinem sanguinis. Rubedo ⁊c̄. propter ipsum sanguinem bullientem in partibus illis: ⁊ propter calidos vapores. ¶ Lachrymę ex repletione ⁊ eliquatione humiditatum: inflãmatio quia infirmus sentit se inflãmari ⁊ comburi: multitudo. alicum ex multis vaporibus. ¶ Saltus. idest iectigatio ex eisdem vaporibus. Cum constrictione anhelitus ex multa replétione. Et forsan vult ꝙ infirmi non inquiescant in lecto: qꝛ videtur eis ꝙ suffocentur. ¶ Raucedo vocis ex nocumento gutturis ⁊ canne pulmonis ex vaporibus multis ⁊ ex ipsa ebullitione. ¶ Grossitudo sputi: quia ex calore materia eliquatur a capite ad guttur: ⁊ ex eodem ingrossatur ⁊ exiccatur. ¶ Grauitas capitis ex multitudine sanguinis, hec enim est vna causa eius: vt intelligitur prima Fen. tertij casi. ¶ Dolor capitis ex multis vaporibus extendentibus panniculos. Quomodo differat dolor capitis: ⁊ grauitas intelligitur prima Fen. tertij cano. grauitas enim est quidam modus doloris. ¶ Casacam. idest tremor cordis vel pulsus ex multo sanguine ebulliente circa spiritualia. ¶ Exiccatio ⁊c̄. patet. ¶ Tremor pedis. Omnia signa predicta inuenio. 18. continentis: ⁊ ab Azarauio in hoc capitulo: sed a nullo inuenio de hoc apud resupinationē: ⁊ credo ꝙ per hunc tremorem intelligat iectigationem: que magis apparet quãdo homo iacet supinus. ⁊ ideo dicit. ¶ Et declinationem coxis: idest cruribus extensis. ¶ Febre conclusa: quia sanguinea.

¶ De morbillo. Capitulum. viij

Scias quod morbillus omnis est variola cholerica: ⁊ non est differentia inter ea ambo in plurimo reliquarū dispositionum: nisi quia morbillus est cholericus: et ꝙ ipse est minoris quantitatis: et quasi ipse non pertransit cutem: et non est ei altitudo. de qua curetur proprie in principio sui. Variole v̄o in principio sue apparitionis est eminētia: et altitudo: et morbillus ē minor variolis: ⁊ min⁹ accidit oculo q̄ variole.

¶ Quãtis sermones predicti adaptentur ad morbillos: tñ ad perfectionem scientie quedam specialia dicit de morbillis. ꝑmo ponens differentiam inter variolas ⁊ morbillos. secundo ponit signa salutis ⁊ mortis in illis. ibi secundo. (Sunt.) Prima in duas. primo ponit dr̄iam ex parte cause: ⁊ quorūdam ꝯsequentium. scd̄o ex parte signoꝝ apparitionis. ibi scd̄a. (Et signa.) Quod primo dicit est notum. ¶ Causa autem quare morbilli minus accidunt oculo est

q2 materia subtilis cito euaporat ad extra ab eo. ¶ Dubitatur quid prius eueniat pueris: an variole an morbilli. ¶ Dom q̄ q̄rum est in expientia inuenio non ꝯcordare mulieres. Quedā dicunt prius accidere variolas: ⁊ q̄daꝫ alie prius accidisse morbillos: ⁊ ego nō potui notare excessum in hac prioritate. Cum aūt ꝯsiderabimus: q̄ mā morbilloꝝ est acutior ⁊ mobilior: prius dicunt̄ accidere morbilli: ⁊ h̄ q̄n mā ab intra sortit̄ hanc dispōnem. Sed cum ꝯsiderabimus q̄ in pori etate calor est humidior: ⁊ posterius fit acutior: prius vident̄ accidere variole: ⁊ posterius morbilli: ⁊ q2 motus haꝝ materieꝝ multū sequit̄ aeris dispōnem: quā contingit q̄nq̄ꝫ esse acutiorem: ⁊ q̄nq̄ꝫ humectiorem: ⁊ ideo in multis pueris vise sunt expientie contrarie: q2 q̄nq̄ꝫ precesserunt variole: ⁊ quandoq̄ꝫ morbilli.

¶ Et signa apparitionis eius prima sunt signis apertionis variolaꝝ: veꝝ lachrymę in eo sunt plures ⁊ angustia ⁊ inflāmatio vehemētior: ⁊ dolor dorsi minor: q̄m causa eius in variolis est repletio san. ⁊ extendens venam positā super dorsum. nā generatio variolaꝝ est ppter multitudineꝫ sang. corrupti ⁊ morbilli propter vehementiā malitie sang. corrupti pauci. Et morbillus s̄m plurimuꝫ egreditur subito: ⁊ variole aliquid post aliquid.

¶ Et signa prima ⁊c̄. Quia proxime sunt mā: ⁊ ebullitio vtriusq̄ꝫ cōicat. veꝝ lachrymę in eo. s. morbillo sūt plures: q2 materia magis mouet̄: ⁊ magis apta est exitui. Nos autem de multitudine ⁊ paucitate lachrymaꝝ in oi diuersitate iam subtilr̄ perscrutati sumus in 3° lib. Fen 3° tractatu p̄mo. Angustia inquietudo ⁊ inflāmatio vehementior: q2 mā est calidior ⁊ acutior. Dolor dorsi. s. extēsiuus minor: q2 mā est paucior: ⁊ hoc est qd̄ subdit: q̄m cā eius. s. doloris in variolis ⁊c̄. ⁊ ideo seq̄tur ex hoc: q̄ morbillus subito egreditur ppter materie subtilitatem ⁊ caliditatem.

¶ De signis salutis eius. Cap. ix.

Et sunt sicut signa salutis variolarū. nam ille qui est velocis pcessionis ⁊ apparitionis ⁊ maturationis est saluus. Et durus ⁊ viridis violaceus est malus: ⁊ q̄ est tarde maturitatis: frequētis sincopis ⁊ angustie est pnitiosus. Et q̄ occultatur iteꝝ subito est malus faciens sincopim.

¶ Quod hic dicit est notum.

¶ De cura. Cap. x.

Oportet in variolis vt incipiat̄ ⁊ extrahat̄ sang. sufficienter cum ꝯditiones fuerint. ⁊ similiter si morbillus fuerit cum repletione sang. ⁊ spatiuꝫ illius est vsq̄ꝫ ad quartū. ¶ Sed q̄n procedunt variole: non oportet tūc vt administret̄ flobotomia nisi inueniat̄ vehementia repletionis ⁊ dn̄ium materiei. tunc enim flobotomet̄ quantitate: que ericcet: ⁊ conuenientius: quidē: qd̄ in hac administratur egritudine: est flobotomia: ⁊ si flobotometur vena nasi confert iuuamentum fluxus sang. narium. ⁊ tuetur partes superiores a malitia variolaruꝫ: ⁊ est facilis super infantes.

¶ Primo ponit curam. scd̄o regimen preseruando quedam mēbra. tertio eradicat vestigia. ibi 2°. (Mēbra.) ibi 3°. (In hoc.) Prima in tres. p̄mo ponit curā in p̄ncipio anteq̄ꝫ appareant. scd̄o q̄n inceperunt apparere. tertio q̄n iam cōplete sunt egresse vel egrediunt̄: ⁊ q̄n declinant. ibi 2°. (Cum ergo pertransierit.) ibi 3°. (Et q̄n egrediunt̄.) In p̄ma parte principaliter ad duo intendit. ⁊ primo ad phlebotomiaꝫ. secundo ad extinctionem ⁊ sedationem ebullitionis. De phlebotomia q̄ competat certuꝫ est. ¶ Sufficienter: quia si expedit vsq̄ꝫ ad sincopim: vt scribitur. 18. continentis. ¶ Usq̄ꝫ ad quartum computando principium apparitionis febris. ¶ Sed quando procedunt: idest quando incipiunt apparere. Questio. I.

Dubitatur vtrum phlebotomia cōpetat post q̄rtum diem. ¶ Videt̄ q̄ sic ex generali can̄. lib. p̄mo Fen 4° caplo de phlebotomia vbi dicit: q̄ cū oportuerit te phlebotomare: nō attendas verba illoꝝ: qui dicunt q̄ non est bonū post quartam diem: imo est bonum q̄ fiat post quadraginta dies. ¶ In ꝯtrariuꝫ est hic Auic. ⁊ Rasis in diuisionibus ⁊ oēs auctores concurrunt. ¶ Dicendum q̄ apparentibus signis variolaꝝ: ⁊ nondum incipientibus apparere variolis competit phlebotomia: quia est materia in venis multa ⁊ ebulliens: quam euacuat ⁊ tēperat phlebotomia. Et similr̄ de morbillis itelligere oportet. si sentiuntur signa: q̄ materia sit sanguinea replens: vel sanguini admixta. Cum autē incipiunt apparere vel exire variole: phlebotomia non competit: quia ipse sunt. quidaꝫ modus crisis. Phlebotomia autem impedit eaꝝ exitum: ⁊ facit materiam reuerti intus. Anteq̄ꝫ ergo iste exitus incipiat: phlebotomia competit. nam minorat materiam: ⁊ facit naturam potentem supra residuuꝫ. ¶ Considerandū autem: q̄ spatium illius phlebotomie est vsq̄ꝫ ad quartuꝫ: scilicet iclusiue: vel exclusiue: quia cōmuniter vsq̄ꝫ ad quartum diem consueuerunt incipere apparere: scilicet in tertio vel in quarto. hoc ergo tempus Auicen. posuit loco exempli: quia si inciperent apparere in secunda die: non competeret phlebotomia in illa die: ⁊ similiter si tardaret illaruꝫ apparitio vsq̄ꝫ ad septem potest fieri phlebotomia post q̄rtum vt in quinto vel sexto.

¶ Sed quando pcedunt. Considerādum q̄. A. ponit casuꝫ: in quo quāuis variole incipiant apparere potest fieri phlebotomia: ⁊ est quando est cum eis vehementia repletionis ⁊ dominium materie. s. in exitu materiei timetur corruptio membroꝝ. tunc enim non obstante q̄ incipiant apparere: phlebotomia potest fieri: quia illa phlebotomia nō diuertit materiam: que iam exiuit venas. nam tanta est in venis repletio: q̄ propter phlebotomiam istam minoratiuam nō fiet venarum inanitio. vnde materie fugantur: sed soluꝫ minorabitur superflua repletio: ⁊ hoc est qd̄ dicit quantitate: que ericcet. i. minoret de materia: ⁊ non quantitate que diuertat. Et alius inuenio medicus diceret: q̄ liꝫ intra venas aliquas traheret materias: tn̄ nocumentū hoc esset minus iuuamento. ¶ Ad rationem contrariam dicēdum q̄ post quattuor dies potest flōmia fieri: si non prohibeat aliquid malus non obstante eadem egritudine. ¶ Est facilis super infantes. s. phlebotomia nasi. quasi dicat. cū in eis nō possit fieri phlebotomia brachij potest fieri phlebotomia nasi. Utrum aūt phlebotomia nasi possit fieri non p̄missa alia phlebotomia: quāuis indicatur ⁊c̄. disputauimus Fen. prima tertij can̄. capitulo de phrenesi. Uel est facilis super infantes. s. malitia variolarum in partibus faciei: ⁊ hoc propter illorum teneritatem. vnde videmus quosdam cecaris ⁊ quosdam multum deturpari.

¶ Et quando necessaria est flobotomia: ⁊ non flobotomatur iterum complete timetur super

ipsum corruptio extremitatis: ⁊ similiter timetur quandoq; simile illi super illum: cuius assiduatur extinctio: ⁊ venter soluitur.

¶ Corruptio extremitatis ꝑpter multam māām: ⁊ sil'r ⁊c. q2 ex multa exiccatione constringunt' materie. vnde interiora corrumpunt': ⁊ ideo dixit simile illi: q2 sicut in illo corrumpunt' exteriora: ita in illo corrūpunt' interiora. Uel potest dici simile illi. i. similis corruptio in extremitatibus. nā materie ꝑpter multam infrigidationē conclusē ⁊ ꝯstricte corrumpunt' ⁊ maligniores fiunt: ⁊ malignāt alias materias: quas ꝯtangunt: ⁊ prauiores facte exeūtes ad extrema corrūpunt illa. ¶ Et soluit' venter. Iste textus pōt esse ꝯsilium quoddā per se. vt dicat' cōuenientius qd administretur est flōmia: ⁊ cum hoc ēt soluitur vēter. i. fiat solutio ventris cū tamarindis ⁊ cassia: vt statim precipiet. Uel pōt esse textus continuus precedēti imediate. nam corruptio similis illi. s. in interioribus timet' super illū: cuius assiduat' exiccatio. Et soluitur venter. s. cum expediret flobotomare. ⁊ nō soluere ventrem. cōmouentur enim materia: ⁊ maligna fit. vnde ad extra pulsa corrumpit extremitates.

¶ Et oportet vt fiat in eis cibatio in primis cū eis: in qbus est confortatio cum repercussione ⁊ extinctione absq; constrictione nature ⁊ inspissatione san. sicut quod fit de iuiubis cū tamarindis ⁊ cassiafist. ⁊ cum eo qd fit ex dactilis imaturis. ⁊ ex lentibus preparatis. ⁊ issidabegi. ⁊ lenificatio vehemens. Et similiter oportet vt sint cum istis tamarindi. ⁊ que eis cōueniūt. Et cibus factus ex cucurbita ⁊ melon alrakhi: imo opz vt sit natura lenis in principio. ⁊ sit intentio in eis: quibus lenitur tamarindi. Et si non obedit cum eis: additur super eos siracost cū facilitate ⁊ cautela ⁊ tereniabin: aut infusio prunoꝝ: ⁊ confert quandoq; si in potu detur in principio apparitionis vestigioꝝ variolarum pondus. ʒ. iij de rob dactiloꝝ syluestriū cum vno de trociscis camphoratis. ⁊ syrupus de dactilis imaturis est vehementis iuuamenti in huius hora.

¶ Cibatio. i. detur ei per os. ¶ Confortatio. Hic sumit' pro confortatione: de qua scribit' scdo can. 4° caplo: vbi loquit' de medicina ꝯfortatiua: ⁊ nos ibi ꝓlixe scripsimus cū repercussione cum aliqua stipticitate ꝯfortante mēbra ne recipiat: ⁊ extinctione. s. a frigido absq; cōstrictione nature. quasi dicat. lz preceptum sit mēbra confortari aliquo stiptico: nolo tñ q2 in hoc constringat' venter: ⁊ inspissatione. i. ⁊ cum inspissatione: ⁊ lenitio vehemēs. i. cū eo. in quo est lenitio vehemens. totus ergo iste sermo opz: vt sic ꝯiungat'. Fiat cibatio in ꝑmis. i. in principio cum eis cibis: in qbus est ꝯfortatio cum repcussione: ⁊ cū extinctione: ⁊ cū inspissatione sanguinis: ⁊ cū eis cibis: in qbus est lenitio vehemens. Dixit tñ vehemens: q2 cū ista cibaria sint stiptica vt lentes: vehementia lenitiuoꝝ reprimit' ab illoꝝ stipticitate: ⁊ stipticitas ab illoꝝ lenitione. Ex hac ergo cōmixtione non fit nature cōstrictio: vt precipit: lz potius natura remanet lenis. ¶ Affidabegi est quidam modus cibi: sicut dicemus rasra. Alij dicunt q2 est micha panis cum zucharo mellino. Atrachin est melon indus: de quo supra de cibatione ethicorum dixit.

Questio. II.

Dubitatur vtꝝ frigida extinctiua sedantia ebullitionem ⁊ inspissantia cōpetant in principio varioloꝝ. ¶ Uidetur q2 non per Rasim. 18. ꝯtinētis qui ꝓhibet frigida in ꝑncipio. ¶ Amplius. Que ꝓhibent sanguinis mundificationem non cōpetunt: sed frigida sunt hꝰ: q2 prohibent ebullitionē: ⁊ sanguis infectus ab vtero non pōt mundificari nisi ebulliat. ¶ In ꝯtrarium sunt oēs auctores. ¶ Dicēdum q2 ꝑncipium varioloꝝ est duplex. sciz principium accidentiū presentium. s. febris: ⁊ alioꝝ: qd est principium ebullitionis. Et est ꝑncipium aliud. s. apparitionis varioloꝝ: q2 iam incipiunt per cutim spargi ⁊ exire. ¶ Dico ergo q2 in ꝑncipio varioloꝝ. s. apparitionis circa cutim non cōpetunt ista frigida. vt Auic. dicet: q2 ꝓhibent exitum. vnde materie cōstricte in partibus extra venas: ⁊ etiam expulsibiles ⁊ acuate ⁊ cōstricte intus in venis corrūpunt membra. In principio ꝟo signoꝝ. s. in ꝑncipio ebullitionis competūt frigida ista. nam ebullitio vel est separatiua: ⁊ tunc infrigidantia non ex toto tollunt ebullitionē: sed remittunt: ne pars bona per ebullitionē corrūpatur. Si autem sit ebullitio corruptiua non cōpetunt. Et apparet q2 remissiora possunt esse: que sedant ebullitionē separatiuā: q̄ que sedant ebullitionem variolarum ⁊ morbillorum. ¶ Ad contraria dicendum: q2 quando auctores prohibēt frigida extinctiua in principio variolarum intelligunt in principio apparitionis: non in principio ebullitionis ⁊ signorum. ¶ Ad secundam dicendum: q2 illa extinctio non ex toto tollit ebullitionem: sed rectificat illam: si est separatiua ebullitio.

Questio. III.

Dubitatur 2°. vtꝝ a principio cōpetat medicina solutiua. ¶ Uidetur q2 sic: q2 mā potest indigere minoratione. ¶ In ꝯtrariū sunt oēs. ¶ Dōm q2 solutiua medicina: que leniendo soluit competit a ꝑncipio. Ratio: q2 lenit virulentias intestinales: ⁊ mundificat illas primas venas. In eoꝝ tñ vsu dz esse cautela: q2 ista lenitiua debēt esse cum hoc frigida sedatiua ebullitionis. Simil'r nō debent esse in multa quātitate ꝑpter duo. Primo. q2 vl'r in habētibus variolas timetur fluxus vētris. vnde Auicē. supra dixit: q2 fluxus vētris est aliqd de variolis ⁊ morbillis. i. est aptus euenire in eis. ⁊ ideo lenitiua pura in quantitate multa possunt facere fluxū ventris prauū. Scdo. q2 lenitiua quedā hñt vim aliquā debilem euacuādi exsoluēdo. vt māna sicut fuit dictū supra de cura putridaꝝ in gñali. Per dosim ergo magnā potest exsoluēdo educere ⁊ causare prauū fluxum. ⁊ hoc est qd. A. dicebat. Si non obedit cū tamarindis: addat' siracost. i. māna quedā cū facilitate ⁊ cautela: q2 ponēdo paruam quātitatē. ¶ Dico 2°. q2 solutiua medicina: que exsoluendo euacuat a ꝑncipio nō cōpetit. Ratio est: q2 mā est sanguini admixta: etiā q2 timet' de fluxu superfluo: ⁊ in sūma in tota cura ⁊ eius protellatione oportet esse suspectum de fluxu ventris supfluo in hac egritudine: vt visum est nostris auctoribus. ⁊ ideo cum natura respondet sibi in lenitate: non audeas dare lenitiuū. Et cum non respondet: sis vsus illo cum cautela. vnde Auenzoar voluit: q2 in maiori tēpore non indigeas tamarindis. ¶ Ad contraria patet solutio.

¶ Cū ergo ptransierit egritudo diem ꝑm ⁊ incipient variole apparere. tunc fortasse erit infrigidatio causa erroris magis ex eo q2 retinet superfluitatem interius ⁊ delationē eius sup mēbra principalia: ⁊ fortasse nō sit eis possibile ꝓcedere ⁊ apparere: ⁊ accidit inqetudo: ⁊ angustia: ⁊ fortasse accidit nausea: imo oportet vt iuuentur superfluitates in huiusmodi dispositione cum eis: que faciunt ebullire ⁊ aperiūt opilationes: sicut feniculum ⁊ apiū cum zucharo: ⁊ succus eorum: aut decoctio radicum ⁊ seminum

minum

minum:⁊ fortasse odorat͂ aliqd de croco:⁊ aq̃ ficuum est bona valde. ficus.n. sunt vehementis expulsionis ad exteriora:⁊ illud est vna de causis euasionis a nocumento earum.

¶ Hic ponit curā p̄mo quādo incipiunt apparere. scd̄o ponit medicinas: que cōpetunt in p̄ncipio accidētiū. ibi scd̄a. (Medicine aūt.) Prima in quatuor. p̄mo ponit cañ. in his que assumunt͂:⁊ ponit medicinas. scd̄o in eis:que extra occurrunt. tertio in flobotomia. quarto ponit quosdā alios cañ. speciales. ibi scd̄a. (Et opȝ vt nō approximet.) ibi 3°. (Et fortasse flobotōia.) ibi 4°. (Et quādo accidit.) ¶ Dicit p̄mo. Cū ergo ⁊c̄. egritudo. s. febris ista:que antecedit apparitionem. Dic̄ scd̄m. ¶ Considerādum q̄ accidit hoc loco exempli. ⁊ ideo dixit statim:⁊ incipiunt ⁊c̄. q̄ si nō inciperent apparere:adhuc posses infrigidare. Fortasse dicit hoc propter occultas dispositiones. pōt enim incipere exire:⁊ infrigidatio plus iuuaret ex parte q̄ȝ noceret. ebullire .s. leuiter. Odoratur. i. sicut odor eius ponitur:q̄ aromatizatur cum eo aliqua istarum decoctionuȝ: vel odoratur. s. per nares vt calefactio eius trahat ad extra materias in partibus faciei. Ficus enim ⁊c̄. signum:quia generant pediculos apud quosdam.

¶ Et de illis:que cōferunt valde in hm̄ōi hora est:vt sumat͂ lacce ablute. ʒ. v. lentium excorticatar. ʒ. vij dragagāti ʒ iij. deinde coquantur cū lib. ʒ. aque vs̄q̄ quo remaneat q̄rta. lib. j. ⁊ det͂ in potu. ¶ Et de illis: que sunt vehementis iuuamēti ad faciēdum appere variolas est vt sumant͂ ficuū citrinar. ʒ. vij. lentium excorticatar. ʒ iij. lacce. ʒ. iij. dragaganti. seminis feniculi. añ. ʒ. ij. decoquant͂ cū lib. ʒ. aque donec remaneat ex ea fere tertia:⁊ colet͂ ⁊ det͂ in potu de ea. expellit enim calitatē a partibus cordis:⁊ prohibet pulsum cordis.

¶ Iste medicine sunt sumpte in p̄p̄ria forma a Rasi. 18. cōtinentis:⁊ dicitur ibi q̄ ponit͂ in istis medicinis lacca ad cōfortandum epar. dragaganti. i. gūma dragaganti habȝ aliquā frigiditatem:⁊ frangit acuitatem reruȝ calidarum. vt dixit Serap. ⁊ ideo ponitur in hac decoctione.

¶ Et opȝ vt non approximet ei in hac hora oleū aliqd̄ oino. ¶ Et opȝ vt regat͂ ⁊ elōget͂ ab aere frigido:⁊ p̄p̄rie in hyeme:⁊ fiat cuȝ illo illō:qd̄ fit cum sudante. frigus.n. opilat poros:⁊ redire facit materias retro:⁊ multitudo potus aq̄ frigide cū niue:⁊ introitus in domo venti mala sunt valde:⁊ fortasse flobotomia est mala: p̄pterea q̄ repellit,⁊ conuertit illō:qd̄ procedit. quare caueatur post duos dies:aut tres.

¶ In hac hora. s. exitus variolarum:oleum ⁊c̄. q̄a claudit poros. Illud qd̄ fit cum sudante. i. sicut fit in homine:q̄ sudat:q̄ debet caueri ab aere frigido. vnde sudātes:si ab extra infrigidantur. nauscāt:vt habetur ab Arist. scd̄o p̄blematum. 19. p̄blemate. ¶ Et multitudo potus. s. in hac hora:q̄ in principio antequā apparere incipiant:conceditur potus frigide aque. vt. 18. continētis. ¶ Phlebotomia est mala. s. hac hora:quia cum apparere incipiunt. ¶ Post duos dies vel tres. Dixit etiā hoc loco exēpli:q̄ diuersificat͂ in diuersis hoc t̄p̄s. vñ supra in p̄n° capl̄i dixit:q̄ spatium phlebotomie est vsq̄ȝ ad 4ᵐ dic̄. Dixit fortasse p̄pter illud quod supra dixi in p̄n° capl̄i vbi dixit:nisi inueniatur ⁊c̄.

¶ Et qñ accidit ex coopertura,⁊ calefactiōe q̄si sincopis:aut accidit sincopis. tunc necessariuȝ est regimen aeris:q̄ attrahit͂ ⁊ reuerti ad odores caphore ⁊ sandalor:⁊ si non fuerit excusatio:q̄n detegat͂ corpus:domui vēti:aut aeri frigido paulatim fiat:⁊ sit quando adiutoriū est cū calefactione:aut dimissione infrigidatiōis. ¶ Et qñ incipiunt exire:⁊ non inuenit͂ cū exitu earū alleuiatio:immo inuenit͂ caliditas inflāmata:⁊ lingua ad nigredinem declinis:tūc caue ne calefacias.

¶ Hic potest esse quartus cañ. Regimen aeris. s. per infrigidationem. ¶ Domui vēti. quia aeri ventoso apertis fenestris. ¶ Et sit ⁊c̄. supple paulatim fiat:⁊ nō subito:⁊ quādoq̄ caue:ne calefacias:q̄ significatur ebullitio praua.

¶ Et opȝ vt tu alienes ab habētibus variolas:⁊ morbillum emplastationem ventris:in hoc eni est timor constrictionis anhelitus subito:⁊ q̄ accidit fluxus vētris malus ⁊ mictus sanguis.

¶ Emplastrationem vētris. s. cum rebus infrigidantib⁹ vel opilātibus poros:⁊ hoc in hora exitus ad exteriora:quia prohibet ⁊ constringit materias. ¶ Considerādum q̄ contra hunc cañ. medici multum veniunt. in pueris enim associantur in variolis ⁊ morbillis vermes:aut timetur d̄ eis. ⁊ ideo emplastrant ventrem.

¶ Et in fine eius oportet:vt conseruet͂ natura:⁊ cibetur loco lētium:sicut sunt lentibus elixatis duabus elixationibus cū renouatione aq̄:⁊ loco lentium almakid cum tamarindis. ⁊ lētibus frigidis acetosis. ⁊ aqua granatorum. ⁊ sumach. ⁊ agresta. ⁊ his similibus.

¶ Cōsiderādum:q̄ in fine. i. in processu:vel etiam in declinatione timetur in istis disenteria:⁊ praui fluxus p̄pter debilitatem intestinor. vnde Azarauius p̄ncipale capituluȝ fecit in hoc. ⁊ Serapio sexto practice etiam dubitat de hoc fluxu. ⁊ ideo cōseruetur natura. s. ne fluxibilis fiat multuȝ:⁊ quasi reseruetur. ⁊ p̄seruetur vtēdo rebus stipticioribus q̄ȝ prius:vel nō sic lenitiuis. ergo si p̄us dedisti lentes decoctas nō p̄iecta aqua:nūc modo lētes decoctas duabus elixationibus semp̄ p̄iecta decoctione:q̄ erunt magis stiptice:vel etiam loco lentiuȝ. s. sicut sunt sine p̄iectione aque. ciba alkemakiccum tamarindis. i. cum cibo facto ex farina ordei ⁊ lacte extracto butyro:⁊ tamarindis. qui cibus nō sic lenit ventrem sicut lentes cum sua decoctione saltem:cum non est in eo nitrositas superficialis lentiuȝ. Ciba etiam loco lentium ⁊c̄. lentibus factis acetosis:⁊ non cū aceto acutoi:sed agresta ⁊c̄.

¶ Medicine aūt ē ingrossantes san. ⁊ infrigidātes eum:prohibētes eum ab ebulitiōe:que in initio precipiuntur:sunt sicut rob ribes:⁊ acresta:⁊ aqua fructuum frigidorum:⁊ syrupus alchori proprie:⁊ syrupus altelea:⁊ syrupus de sumar. ¶ Et syrupus quidē alchori habȝ descriptiones plures:quas diximus in antidotario:⁊ dicemus hic descriptionem fortem mirabilem:⁊ est illa que fit cum aqua lactis acetosi iterati:⁊ v̄tus eius est vehemēs valde. Descriptio hec est. Sume rob alchori partes. ij. Si

autem non fuerit tibi presens. accipe alchori: et fac serrare ipsum: et accipe serraturas eius: aut mole ipsum: et misce molitum eius cum medietate sui ex sandalis in aceto distillato: aut in aqua acreste pure diebus aliquot. deinde decoquatur in eo decoctione cum facilitate: cum longitudine donec dissoluatur. deinde exprimatur et sumatur de succo: et quanto acetum: aut aqua acreste est plus: tanto est melius. Deinde sumatur aqua adog abstracto butyro mundificata a sua caseitate adog: aut cum colatione vltima: que fit dimittendo residere: aut cum decoctione: sicut est decoctio aque casei: donec separetur aquositas. Deinde sumatur farina ordei: et fiat ex ea: et aqua lactis acetosi foca: et fiat acetosum illud foca. deinde coletur: postea sumatur illud foca: et fit in eo de subtili aqua or. et fiat acetosum: et quanto plus iteratur tanto est melius. Sumantur ergo de eo partes. v. et sumatur aqua pirorum de seni: et aqua cydoniorum acetosorum plurime aque: et aqua granatorum acetosorum: et aqua pomorum acetosorum plurime aque: et aqua alzarur: et aqua limonis: et aqua prunorum acetosorum: et aqua dactilorum in primis: quum incipiunt apparere expressorum: et aqua alchori recentis: et aqua mororum de seni: que non maturantur integre: et aqua chrysomilorum immaturorum: et acetosorum: et succi acreste: et succi ribes: et succi preputiorum vitis: et succi rose perfice: et succi nenufaris: et succi viol. omnium ana. tertiam partis vnius: et succi acetositatis citri: et succi acetositatis citranguli. ana. duas tertias partis vnius: succi coriandri: et lactuce: et foliorum papaueris humidi: et endiuie: et portulace. ana. quartam partis vnius: succi foliorum salicum: foliorum malorum: et foliorum pirorum: et foliorum alçarur: et foliorum ro. et foliorum virge pastoris. ana. quartam partis vnius: succi herbe hyrci et ro. siccarum et nenufaris sicci: et succi biberis sicci: et seminis endiuie et semi. lactuce: et balaustiarum: et nenufaris. ana. medietatem decime partis vnius: et succi mente humide sextam partis vnius: et succi berberorum humidorum medietatem partis: aggregentur medicine et succi: et componantur super ignem: et ponantur in eis de lentibus partes quatuor. et de ordeo excorticato partes. ij. et de sumach partes. iij. et de granis granatorum partes. iij. et decoquantur omnia ad ignem: donec remaneat medietas. deinde dimittatur donec infrigidetur: et confricetur fortiter: et coletur: et sumatur de camphora ad omne pondus. ccc. ʒ. pondus aure. j. et teratur camphora: et puluerizetur super radicem cucurbite: aut kime: et fundetur super ea medicina cum facilitate. deinde ligetur caput eius cum re vehementis fortitudinis. deinde ponatur super prunas donec sciatur: quod forsitan feruet: et concutiatur et ponatur in vitreata: et stringatur caput eius vt non perdatur camphora: et lutetur: et dosis eius fit vsque ad. ʒ. x. Et de hominibus est: qui ponit in ea spice: et zinziberis: et semi. feniculi et anisi: et ciperi: et piperis partes equales secundum quantitatem: que ei videtur.

¶ Rob ribes. i. de acetosella: syrupus alcori. i. palmarum syluestrium. et syrupus alteles: quidam dicunt. i. de piris. alij. i. de agrimonia: alij de fructu palmarum: et syrupus de minar: exponunt quidam. i. de sorbis: sed minar est germen siue pullulatio palme syluestris: de quo scribitur. 2° can. et syrupus quidem alchori. i. de palmis syluestribus positis in antidotario tractatu sexto vbi dicitur syrupus alkedit. iterati. s. in acetositate. descriptio huius syrupi est notat: et virtus eius est infrigidatiua sedatiua ebulitionis. et ideo non ponitur zuccharum neque mel. menta autem ponitur ad stomachi confortationem. Qui autem addunt spicam volunt aliqualiter rectificare frigiditatem istarum rerum. super radicem cucurbite. i. super fundum vasis: in quo fit ista vltima leuis decoctio: aut kime. i. alterius vasis.

¶ Et quando egrediuntur variole cum complemento: et pertransit septimus: et apparet in eo maturatio: tunc necesse est vt rumpantur cum acubus de auro. et auferatur humiditas cum cotto. ¶ Salitio autem necessaria est: et cum volueris salire: tunc elonga salitionem ab eis: quas erupisti de magnis dolorosis ex propinquo. illud enim facit dolorem. immo sali illas: que sunt preter eas: et dimitte claudens cum eo viam orificiorum suorum: donec sugant salem suum: et non saliantur ante complementum maturationis. illud enim fortasse faciet accidere dolorem vehementem et apostema. Et salitio quidem est res que est necessaria: postquam maturantur: et illud quidem fit cum aqua salis: in qua est virtus croci. Et si aqua illa est aqua rob. tunc est melius. Et aqua in qua decoquuntur tamariscus: et lentes: et rose deinde salitur est vltima: et proprie si ponantur iterum in ea camphora et sandali. hec enim salitio maturat et exiccat: et facit cadere cum velocitate. ¶ Et suffumigatio cum tamarisco est iuuatiua valde. Et in hyeme oportet vt applicetur eger incensioni ex tamarisco. Et quando variole sunt vehementis humiditatis. tunc necessaria est suffumigatio cum myrtho: et folijs eius.

¶ Cum auro. quia incisio facta cum ere facilius sanatur quam facta cum ferro vt Arist. prima particula. 34. problemate: quod dicit de salitione satis est notum: sed nos non vtimur hoc: licet enim salitio maturet. ¶ Contra quia est facta post maturatio. ¶ Dicendum quod virtute croci si quid est non omnino maturum: complet maturum.

¶ Et de regimine bono apud maturitatem va

riolaꝝ paruarum ⁊ magnam voluntatē exiccationis eaꝝ est vt dormiat patiens variolas super farina rizi:⁊ milij:ordei:⁊ fabaruꝫ:⁊ magis conueniens est vt ponas ipsam impletionem culcitre:que sit rara:in qua penetret virtus. Et folia cupressi sunt bona in hoc:⁊ oleum maluꝫ est in hac hora:quoniā prohibet exiccationeꝫ: et quādo incipiunt variole exiccari:tunc oportet vt liniatur sup eas ex medicinis predictis cum virtute croci. ¶ Et quādo accidūt ex variolis vlcera:ꝯfert vnguētū albuꝫ ⁊ ꝓprie pmixtuꝫ cū aliquantulo camphore ⁊ rasura radicū cāne cum aqua roſ. aut rasura venaꝝ arboris salicis:aut arboris alçarur. Et quādoqꝫ cōfert vnguentū de cerusa ⁊ lythargirio. ¶ Et quādo sunt in naso cruste:confert cerotū fcm̄ cum oleo roſ. puro cuꝫ ꝟtute cerise ⁊ climie. ¶ Et administratio alicuius olei post exiccationem ⁊ apud vlcerationeꝫ est bona: apud exiccationes quideꝫ cuꝫ eo:quod facit cadere cū velocitate:⁊ apud vlceratione propterea ꝙ ipsuꝫ est materia emplastri ⁊ vnguēti. Unguentū quidem rubeū bonum est ad vlcera variolaꝝ.

¶ Et de regimine puaꝝ.i.q̄ nō sunt cōplete mature. Et magnam ⁊c̄.q̄ sunt multū humide.18.ꝯtinētis.scribiť sic iste textus. Et patiēs variolas multe humiditatis iaceat supra mataractū panni rari plenū farina panicij ⁊c̄.⁊ oleū malū q̄ cōe vel qōcūqꝫ oleū inquātum remollit actu malum est in hac hora deficcationis:vt quādo volumus deficcare.⁊ ideo ad declarandū hoc dixit in fine. Et administratio alicuius olei post deficcationem.i.facta crusta:q̄ facit illā cadere. Crusta.n.imbibiť oleo ⁊ inflať ⁊ cadit. ¶ Et apō vlcerationem ⁊c̄.q̄si dicat aliqō vnguentū vt rubeum compe tit vlcerate variole:sed oleū est materia vnguētoꝝ. Unguētum rubeum:vide illud qnto canō.tractatu vndecimo.

¶ De obseruatione membroꝝ:⁊ defensione eorum a nocumento variolarum:⁊ morbillorum. ¶ Capitulum. xj.

Embra que opꝫ custodiri a nocumēto variolaꝝ sunt sicut guttur:⁊ oculus:⁊ ptes supiores nariū:⁊ pulmo:⁊ intestina. hec enim mēbra sunt illa: que vlceranť. ¶ Fortasse eni oculus destruiť:⁊ fortasse accidit in eo albugo. ¶ In gutture vō fortasse accidit ꝓfocatio:⁊ fortasse accidūt vlcera:que prohibēt ꝯglutitionē in meri:⁊ fortasse pueniunt ad hoc:vt fit illic corrosio perniciosa. ¶ In supioribus vō partibus nariū fortasse accidūt vlcera:que stringūt meatus odoratus. ¶ In pulmone auteꝫ accidit fortasse ex bothor variolaꝝ ⁊ morbilli: constrictio anhelitus vehemens:⁊ fortasse faciūt cadere in pthisim quuꝫ vlcerať. ¶ In intestinis fortasse accidit excoriatio:cui succurrere est difficile. ¶ Cōseruatio āt oculi melior est. vt fiat alcohol ocl'o cū almuri ⁊ aqua coriandri ⁊ aqua roſ. in qua iaꝫ posita sunt sumach ⁊ camphora. ⁊ proprie in primo die:⁊ cuꝫ almuri solo. ¶ Et simil'r fiat alcohol cuꝫ alcohol nutrito ex aqua coriandri:⁊ aqua sumach posita in ea cāphora:⁊ succus pulpe granatoruꝫ est bonus iteꝝ in principio. ¶ Quum vero apparent:tunc facere alcohol cuꝫ aqua roſ. ⁊ camphora est magis conueniens:⁊ dictuꝫ est:ꝙ facere alcohol cuꝫ napta alba est bonuꝫ in hoc. ¶ Et oleum de fisticis est de eis:quibus vtunť mulieres in regione nostra post variolas:⁊ euētuꝫ nocumenti in oculo. erradicat calligineꝫ si fuerit:⁊ rectificat oculū:⁊ collyriū albuꝫ est bonū valde apud apparitionem bothor. ¶ Conseruatio autem oris et gutturis est sicut suctio granatoruꝫ:⁊ suctio granorum eius in principio:et suctio moroꝝ de seni:⁊ gargarizatio cū rob eorum:⁊ proprie quādo conqueriť de dolore in eis:et tūc oportet vt lambať de rob eoꝝ aliquid post aliqd. ¶ Sed supiores partes narium cū epithimatione ex memithe et sandalis:et rob agreste:⁊ aceto. et odorare acetuꝫ soluꝫ est vehementis iuuamenti ¶ In conseruatione vō pulmonis non est ꝙ sit sicut lohoc ex lentibus leue cum semine papaueris. ¶ Intestina auteꝫ plurimū quidē oportet vt conseruenť post inceptioneꝫ cū stipticis:et quū incipit solutio vētris in fine egritudinis:cureť cum trociscis de spodio et ribes:et trociscis de semine acetose.

¶ Primo enumerat mēbra que oꝫ custodire scd̄o vt ibi. Et fortasse ōndit nocumēta:que eis accidere pn̄t. Ista.n.membra sūt satis tenera ⁊ mollia:⁊ ideo apta noceri:⁊ de nocumento curandū est. tertio docet modū ꝯseruādi ab euentu nocumenti:vt ibi. Seruatio aūt. Et hec parolbꝫ.5.sicut.5. sunt mēbra. Almuri. De ordeo vide scd̄o canō. caplo de almuri. Ista aūt que hic dicit Auic̄. sunt rememorationes. oꝫ enim te recurrere ad Fen tertiā tertij canō. ¶ Cuꝫ vō apparent. Q2 iam est ꝓn^m variole. cura.n.est sicut ꝓn^m obthalmie:in cuius ꝓn° stiptica vt sumach non sic laudanť vt frigida stiptica.⁊ iō laudat aquā rosatā cū cāphora.⁊ nos ꝓcellauim⁹ sup hac mā sup Fen tertia tertij. Reliqua que dicit sunt nota.⁊ opꝫ recurrere ad tertiū librum Fen nona:et Fen quinta ⁊ q̄rta:⁊ Fen sexta:⁊ Fen sextadecima:⁊c̄.

¶ De erradicatione vestigiorum variolarum. ¶ Capitulum. xij.

In hoc qdē loquemur vice alia quuꝫ loquemur de decoratione. nunc vō dicemus illud:quod est magis ꝯueniens:et magis ptinens. ¶ Et de eis:que erradicant vestigia variolaꝝ iteꝝ sunt radices arūdinuꝫ:et sarcocolla: et semen melonis:et cortices eius exiccati:et rizi ablutuꝫ:et aqua ordei:et albumen oui:et creta rara:vel lutū: et lytargiri:et ʒucchaꝝ tabarçet:et amilum: et ami-

gdale dulces: et amigdale amar. ¶ Et de oleis oleum de lilio: et oleũ de fisticis: et adeps asini cum oleo ro. et que sunt ei silia: et aqua que fit in vngula cameli: que assat est vltima. ¶ Et de illis: que sũt fortiora: est spuma maris: et lapis pipis: et costus: et ammoniacũ et tus: et sapo cũ baurach: et ossa vetusta adusta: semen raffanis: farina raffani exiccata: aristologia: lupinus: ¶ Et de cibis rectificãtibus colorẽ plũbeum sunt granata dulcia: et cicer: et vinũ bonũ: vitelli ouorum sorbiliũ: ius galline: et alcubugi: et alduragi impinguati. et opz vt assiduet his eã balneationẽ. ¶ Et de cõpositis est vt sumas ossium adustorum: et stercoris ouini antiqui et ostracorum nouorum: et amili: et seminis melonis: et risi abluti: et ciceris omniũ. añ. ptes x. et granorum albẽ: et lupinorum: et costi et aristologie longe omnium. añ. ptes. v. et radices arundinis sicce partes. xx. fiat ex eis epithima cum aqua melonis: aut cũ aqua cucumeris syluestris: aut cũ aqua ord. aut cum aq̃ fabarum: et leniat cum eo mẽbrũ: et abluat in mane cum decoctione violarum. ¶ Aliud ostracorum nouorum ossium antiquorum radicis arundinis sicce: amili: seminis melonis: risi abluti: granorum granatorum: costi ptes eq̃les fiat ex eis gumera. ¶ Et iterum lupini et cicer nigrum liniatur cum eis.

¶ Lutum rerum dicitur: qđ est lutum cõmune: quo fiũt vasa. In vngula cameli. Decimo octauo cõtinentis scribitur sic. Accipe vngulam arietis cum assant: et liniunge locũ: et oino procul dubio delinescit cicatrices. lapis pipis non habet. Alkubugi: id est pdix et auragi et aduragi idẽ sunt: vt dicũt et est turtur. ¶ Gumera est cõfectio liqda ad leniẽdũ faciẽ.

¶ De variolis. Cap. iiij.

Quandoq; accidit in sanguine ebullitio sm̃ senitã putredinis: propter quã fiũt variole et morbili et alie infectiões cutis et almatis: id est infectiones cutis diuerse. sicut malũ rosatum: et est infectio cutis: ac si folia rose rubee essent sparsa supra cutim: vel alia: que vulgariter dicunt ritie: et est infectio cutis: ac si pulices mordicent cutim: vel que vulgariter dicunt gespiũ: et est infectio cutis latior q̃ illa: que immediate: et minor q̃ malum rosatum: et iste infectiones cutis sunt diuersorum colorum: et habent diuersum modũ pueniendi sicut variole: et earum cura est eadem cura cũ cura variolarum. Sed opz q cura istarum passionũ diuersificet sm̃ diuersitatẽ temporum: qr principiũ sunt mateerie: et vsquequo crusta incipiat cadere in conualescentia sunt vsquequo crusta desinit cadere quousq; vestigia variolarum pfecte sunt remota. De statu non facio mentionẽ: qr status harum passionũ saltez quantũ ad accidẽtia est in principio scilicet antequã appareant extra. ¶ Sciẽdũ q in toto processu harum egritudinum specialr est standũ in preseruatione quorũdam membrorum specialr oculorum oris: gutturis: nariũ: et etiam partium interiorũ: istis enim membris preseruatis a nocumento harum passionuz natura est per se sufficiens ad curam. Primo fiat phleboromia de mediana: qr si etiam natura patiatur phlebotomiam: et natura expellit sanguinem de naribus vtile est: qđ si natura non fecerit vt

gerem possit fieri: dum tamen virtus hoc tolerare possit. vt in homine quatuordecim vel quindecim annorum. Secundo dentur cibaria: que sunt frigida repercussiua sui stipticitate materiam a membris repellentia: siue sanguinez ingrossantia: et naturam et ventrem lenientia: et non bibat vinum omnino. Potus istorũ sit iulep multa aqua mixtuz. Tertio vehementer: id est super omnia teneant in augmẽto. si variole non cito expellant. Primo teneat patiens ab extra calidus inuolutus in panno de scarlato rubeo: et ab intus ministrando per os teneat cum lactuca: et portulaca: et similibus cum debili administratione. Qz si hoc non sufficit: ministrentur aliqualr aperitiua: vt sequitur. Recipe aque feniculi: brusci: anisi: sparagi. añ. dragmam vnã aque apij. ℥. s. aneti carui: seminis melonis. ana dragmas duas zuccbari quartam vnam fiat iulep quo vtatur mane et sero: vel fiat vna de decoctionibus: quas ponit Auic. in forma. Qz si sufficienter appareant regantur vt decet scilicet cum ob extra positis: et syrupo de acori: id est saluia syluestri: et similibus: que ponit Auicenna in forma: et succo pirorum seminaturorum: et cum alijs aquis cum rob in littera nominato. In declinatione vero: ex quo sunt maxime grosse et magne variole: debent cũ acu de auro rũpi scilicet cum dicta acu a duobus lateribus: vel a tribus: vel a quatuor secũdum q sunt variose magne quantitatis vel parue perforentur: et dimittantur q sanies proprie sine aliqua expressione manauerit. et exiccentur suauiter cum cotone sine aliqua violentia. et minima expressione. ¶ Parue autẽ variose postquam sunt mature saliant cum corquod sequitur. Re. mediani: corticis agarici: vel asari: id est arboris sorbarum: corticum tamarisci. ana. ʒ. i. rosa. rubea. florum tamariscorum: lentium excorticatarum pilus ebullitarum in duabus aquis. ana. ℥. s. croci: sandalorum albo. et rubeo. ana. ʒ. i. camphore. ʒ. s. salis communis. ℥. i. s. bulliant fortiter omnia in quar. s. aque rosa. cum ista decoctione fiat saltio paruarum variolarum conditionibus duabus obseruatis. primo q non saliantur ante maturationis complementum. secũdo q elongetur saltio ab eis: que rupte sunt. ita q in via media ponatur bombix: vel pãnus lineus qui non permittat salitum attingere ad eas. Qz si variole vlcerentur: vel quia patiens fricauerit vel scalpserit locum variolarum. tunc conferret applicatio vnguenti albi cãphorati. et aliorum in littera positorum ab Auicenna. ¶ Alcofol: id est collyrium vel fiet ad preseruandum oculos a variolis: vel a nocumento variolarum siue morbillorum. Recipe granorum granatorum pilus expressorum. ita q remaneat parum de humiditate. sumach: mirtillorum: coriandri preparati. ana dragmas tres. cerusẽ. dragmam mediã: croci: camphore. ana. scropulum mediuz. aque coriandri: aque rosate. aque sumach: ana quartam mediam conquassentur prius fortiter: pulpe granatorum: mirtillorum et coriandri dissoluantur in mortario cum aquis predictis: et postea colentur: et in colatura iterum dissoluantur cerusa: crocus et camphora: et iterum colentur: et de colatura ista ponantur in oculis due vel tres gutte sepe. Qz si non habea aquã coriandri et mirtilli: loco earum. Recipe succi memithe facta resi aque plantaginis ante cum aqua rosata. vel imponatur oleum de fisticis. vt dicit Auicenna. ¶ Epithima ad preseruandum nares a nocumento variolarum. Recipe rosarum rubearum. dragmas duas sandalorum alborum et rubeorum. ana dragmam mediaz aque rosate memithe. aque succi agreste. ana vnziam mediã fiat epithima quod superponatur. ¶ Cerotum ad idem. Recipe climie: id est fecis auri et argenti. ana dragmã mediam: ceruse dragmã vnam: olei de pisticis: olei rosati. cere albe noue quartaz mediam. fiat cerotum in modum tente: de quo imponatur in naribus. ¶ Gargarisma pro conseruatione oris et gutturis. Recipe dyantbos. syru. de ribes: aceti rubei gros

si.ana vnciam vnam:aque decoctionis lentium excorticatarum vncias duas gargarisetur sepe frigida. Q; si de dolore oris vel gutturis conqueratur:sugat rob de ribes:vel rob de limonibus:vel rob factum de moris:et psilium aliud.post sugat aliud in modum loch:id est medicine:que transglutit tenendo eam in ore:quia si gargarisaret:dubium esset ne ratione motus oris et gutturis fieret excoriatio malor:et partium solutio:ratione cuius dolor augeret:et cibus non posset transglutiri:propter quod malitia eorum nõ possent nutriri.et sic possent mori. ¶ Item etiam dolor posset augeri.et ppter continuum solutum non reciperet medicinam pseruantem pulmonem et intestina:ratione cui' sic potest periclitari. ¶ Pro pseruatiõe pulmonis valet loboc immediate olcum.vel istud. ℞.lentium excorticatarum.vel cicer rub.in duobus aquis buliitorum.ana.ʒ.ij.sumach ʒ.s.papaueris albi fortiter cõquassati in aqua rosa.quar.ʒ.cum pauco aceto vsq ad spissitudinem colet:et fiat loch. ¶ De conseruatione intestinorum et aliorum membrorum interiorum. Intestina et cetera conseruant cum vsu aimuri:id est ciborum acetosorum:que in parua quantitate et sepe sunt ministranda:et cũ stipticis:et cũ syru.de ribes:et cũ trociscis de spodio:quorum due recepte posite sunt ab Auic.in hoc cañ.et melior earum est vltima in proposito cum modo ministrandi ibi ab Auicen.posito rc. ¶ Circa vestigia variolarum et morbilli.in hoc quidem valent posita ab Auicenna in litera tam simplicia q̃ composita in illis quarta Fen tractatu secũdo. Uerum ad pulchrificandũ faciem fiat aqua:que sequit. Recipe radicis pedis vituli.radicis serpentarie.ana vnciam mediam.florum fabarum vnciam vnam mediam conquassent.et ponant ad alembicũ:additis aqua rosata.aqua limonũ:fiat aqua cum qua lauet facies. ¶ Ad idem vnguentũ. Recipe sarcocolle:amidi:dragaganti.glassie:id est vernicis:ceruse:lytargiri:masticis:ana dragmam mediam:vnguenti albi camphorati. vnguenti citrini.ana quartam vnam:vnguenti frisci.ʒ.i.aqua rosa.quart.ʒ.incorporent omnia in modũ vnguenti:cũ quo facies vngat. ¶ Item ad idem.℞. [illegible] gis galline:assungie porcine.añ ʒ.i.mucillaginis drag[illegible] gummi arabici.ana.ʒ.iij.aque florum fabarum:aque limonum.ana.ʒ.s.misce in modũ vnguenti. ¶ Aliud vnguentũ. ℞.radi.serpentarie:radicũ ʒari:cicerum excorticatorum:amidi:ceruse:saponis gallici decoctorum in furno in olla noua bene lutata:donec possint pulverisari:porcellarum.i.portulacarum temperatarum per noctem in aqua limonũ:boraginis.ana.ʒ.v.assungie porcine.ʒ.iij.pulverisent pulverisanda:et misce cũ aqua florum fabarum quantũ sufficit:fiat in modũ vnguenti:cũ quo facies vngatur de nocte:et mane quãdo surgit lauet facies:cũ aq decoctionis mellis.vel cum aqua:in qua sint cocte viole:vel cũ aqua:in qua sit dissolutum furfur subtile tritici.de quo vt superius dixi capitulo de cibatione febrium sit bertomia. ¶ Secretum contra morpheam.colloquintida cum decoctione florum fabarum summe valet.vz.temperata cuz aqua decoctionis florum fabarum. ¶ Item ad idem:aqua aluminis propter:vel cum colloquintida bene delet. ¶ Contra pustulas faciei. Recipe brusci sparagi:feniculi.ana dragmam vnam:camphore:scolopendrie:endiuie epatice.añ.quartam vnaz:fumiterre:boraginis:buglosse.lapacij acuti cum radice.ana libram mediam radi.lupuli.quartam vnam:seminis melonis:citrulli montani mundi.ana vnciam vnam:rosarum libram mediam:fiat syrupus.et de isto sumat patiens mane et sero sex coclearia:et totidem summitatum boraginis distillate per cineratium.et sumat tepidum. ¶ Ad idem. Recipe florum viol.boraginis:buglosse:anthos.ana vnciam mediam:folliculorũ scene.quartam vnaz fiat decoctio:in qua dissoluatur cassiefistule munde.manne:tamarindorũ.ana vncias tres.reubarbari electi vnciaz vnam:vini albi:dragmas duas:zuccari quartas quinque fiat syrupus clarificatus parum:et sumantur de isto syrupo coclearia duodecim de duobus in duobus diebus cuz vi.coclearibus aque calide vsq ad consumptionez. ¶ Et valet vnguentũ ad idẽ. Recipe sanguinis porci recenter extracti.baccharum lauri.ana dragmas duas:sulphuris:argẽti viui extincti.ana vncias tres ceruse.vnciam mediam lytargiri:dragmam mediam:aceti boni rubei vnciam vnaz:camphore.ʒ.i.olei rosati quartam mediam fiat vnguentũ:et cũ isto vnguento calefacto vngat facies in introitu lectis et in mane abluat cum vino albo tepido.et sic fiet cura rc.

¶ Et sic est finis recollectarum attributarum Gentili sup tractatu de febribus. Deo gratias.

¶ De febribus apostematum. Capitulum. xiiij.

Iam sciuisti dispositiones febriũ que sequuntur apostemata apparentia. ¶ Et q sunt secundum plurimũ de genere febrium diei quuz apostemata ista secundũ plurimuz non perueniant ad cor:nisi cum calefactione sua absque sua putredine:et plurimũ quidem horuz est a causis primitiuis. ¶ Quum autem peruenit putredo eorum ad cor propter suã magnitudinez:aut propter suam propinquitatez:fit febris fortasse non de genere febris diei. ¶ Et plurimum quidez similium horum non fit nisi a causis antecedentibus corporeis repletionalib' crudis. ¶ Et quandoqz fiunt ex vlceribus:ad que attrahuntur materie maligne:et retinetur in carnibus mollibus.

¶ Hoc capitulum ante signa dupliciter consueui diuidere. Primo q Auicen.primo ostendit euentus ephimerarum ab apostematibus. Secũdo putridarũ. Tertio ethicaruz.ibi secũda.(Cum autem.)ibi tertia.(Et iste quidez.)Secũdo modo sic. Primo ostendit que febres sequuntur apostemata extrinseca. Secundo intrinseca apostemata.ibi secũda.(Et febris autem.) ¶ In prima parte sm hanc diuisionez vult:q apostemata extrinseca vtplurimuz sequitur febris ephimera:et dat causam huius:et aliquando potest seq putrida propter magnitudinem:vel propinquitatem:vt cum est apostema in titillico:vel mãmilla. ¶ Et quod sunt sm plurimum. ¶ Cõsiderandum:q vt plurimum:dupliciter exponitur:primo plurimum rc.i.plurimũ febriũ ephimerarum:siue potentiũ caliditatem ad cor absq putredine ẽ ex causis primitiuis:quasi dicat:licet vt plurimum febres ephimere fiant a causis primitiuis:tamen fieri possunt ab apostematibus exterioribus:que non perueniũt ad alterãdum cor vt plurimũ:nisi cum simplici calefactione:sicut faciunt cause primitiue:vt solis et huiusmodi. Secũdo exponitur:plurimum horum:scilicet apostematum extrinsecorum facientiũ ephimeras febres.nam corpus:in quo hec apostemata extrinseca fiũt a causa primitiua vt percussione:et similib' non presentibus causis corporalibus est mũdum:q2 apostema non est actu aptum generari:nec putredo in corpore ei' fieri:sequit ergo simplex calefactio stans in terminis ephimere non apta transire in putridam:et sumitur ab Auicen.tertio cañ.Fen tertia capitulo de ophtalmia. ¶ Dixit aũt plurimũ quia etiam quedam apostemata extrinseca facientia ephimeras possunt fieri sine causa primitiua. ¶ Cum autem. Quia dixerat q febres sequen

tes apostemata extrinseca fiunt ephimere vt plurimum declarat atq; dixit fm plurimũ: et q2 possunt esse quandoq; putride: vt cũ putredo peruenit effumando ad cor: et hoc q2 apostemata sunt magna: siue propinqua. ¶ Fortasse: hoc aduerbiũ fortasse non debet cõponi cũ hoc: qd dicit fiunt: sed cum eo: qd premisit. s. peruenit zc. ¶ Et plurimum quidem. Hec litera potest dupliciter exponi: sicut superior litera: primo plurimum similiũ horum: idest plurimum apostematũ extrinsecorũ facientium febres putridas non fit nisi a causis antecedentib' corporeis replecionalib' crudis. Cuz enim apostemata extrinseca fiunt in corporibus repletis malis humoribus preter occursum cause primitiue: tũc sunt apte facere feb. putridas propter aptitudinem illorũ corporũ ad putrefactionem humorũ: et magnificationẽ apostematis. ¶ Dixit autẽ simile horũ: q2 apostemata extrinseca facta a causis antecedentibus corporalib': et facta a causis primitiuis absq; antecedentibus similant. ¶ Dixit autem antecedentibus corporalibus zc. vt ostendat q' cause antecedentes apostemata sunt humores peccantes in quanto vel in quali. et ideo dixit antecedẽtibus zc. id est peccantibus peccato quãtitatis: et replecionalibus: crudis: id est peccato qualitatis. ¶ Uel dixit antecedentibus corporalibus: id est complexionalibus: et replecionalibus crudis: id est humoralibus. et scientia pendet ab his: que prolixe scripsimus Fen secunda primi can. ¶ Et quandoq; fiunt scilicet apostemata extrinseca scientia: vel facere potentia febres putridas ex vlceribus. verbi gratia ex vlcere: et scilicet ex dolore in digito pedis aliquis incurrit apostema in inguine: q2 mãe mote versus pedẽ inueniũt carnes molles in inguine: et ibi retinent̃: et dixit hoc Auic. vt oñderet: q' cãe primitiue: vt dolores mouent cãs añcedentes. Aliter pt exponi: et q̃nq; fiũt. s. febres ephimere: vel putride ex zc.

¶ Febres autez que sequuntur intrinseca apostemata fortasse non fiunt ex applicatione calefactionis ad cor sine putredine.

¶ Primo ostendit: que febres sequunt̃ apostemata intrinseca. Secũdo ponit illorũ diuersitatem. ibi secunda. (Et vehementiores.) ¶ Cõsiderãdum: q' apostemata intrinseca aggregant multam materiam: et vene sunt late. vnde fumus putridus potest continuari ad cor: et ideo fiunt febres putride. ¶ Dixit aũt fortasse propter multas contingentias. Imaginatur enim Auicen. non esse impossibile febrez sequentem aliqd apostema intrinsecũ esse ephimeram: vt cũ esset a corde remotum: vt circa intestinum rectum.

¶ Et vehementiores quidẽ febres fiunt ab apostematibus intrinsecis: quando sunt ex genere herisipile in quibusdã visceribus: et extenditur dolor et sitis et inflãmatio: et significãt ea significationes permixtionis colere plurime cũ san. ¶ Et hec apostemata itrinseca sunt sicut apostemata cerebri: et velaminũ eius: et simach auris et gutturis quandoq;. et in velamine: qd sequit̃ pectus: et epate: et rene: et vesica: et matrice: et intestinis: et que sunt eis similia. ¶ Et diuersificantur febres eorum in vehementia et debilitate scd'm propinquitatẽ cordis: et longitudinez. ¶ Et eorũ itẽ febres: que sunt in mẽbris carnosis est febris vehemẽtior. ¶ Et eorũ febres: que sunt in panniculis: et eorũ similibus est debilior. ¶ Et eorũ: que sunt in vicinitate arteriarũ febris est vehementior: et eorum: que sunt in vicinitate venarũ solũ febris est debilior. ¶ Et non euacuant̃ iste febres a periodis secundũ materias: que effundunt̃ ad apostemata earum: periodi nãq; earum sunt secũdũ generationez earũ: et fm motum ipsarum: et fz attractionẽ caliditatis et doloris ad ea: vnicuiq;. n. humori est periodus: qui sibi cõuenit.

¶ Ponit diuersitates harũ febrium. Prima est scd'm diuersitatem specierũ apostematum. et patet.

¶ Et hec apostemata. Hec est scd'a diuersitas scd'm membra apostemosa: et vult q' tu recurras ad tertium librũ.

¶ Tertia diuersitas est propter ꝓpinquitatem et longinquitatẽ a corde. ¶ Et eorũ febres: que sunt in mẽbris. ¶ Quarta diuersitas est scd'z diuersitatẽ substantie mẽbri: si est carnosum: vel pãniculare: vel neruosum. Questio. I.

Dubitatur q2 dicit: q' febris apostematis panniculorũ: et similium. s. neruorũ est debilior. Contrariũ ponit primo libro Fen scd'a caplo de signis apostematũ. ¶ Dõm: q' febres dicunt̃ vehementiores in calore: et sic febris apostematum membri carnosi est vehementior: quia illa apostemata aggregãt plus de materia: et materia in membro carnoso plus calefit. Fit ergo in eo febris pluris caloris. Alio modo dicitur febris vehemens in accidentibus quibusdam communibus: vt dolore: vigilia: spasmo: et similibus: et sic febres sequentes apostemata neruorum panniculorũ: et similiũ sunt vehementiores. ¶ Et eorum: que sunt in vicinitate arteriarũ. ¶ Quinta diuersitas est ex diuersitate membri in hoc: q' est venosuz vel arteriosum. et considera q' licet febris sequens apostemata membri arteriosi: vel iuxta arterias sit vehementior per hoc: q' cordi p arterias magis cõmunicat. potest tñ ex alia causa vt ꝓpinquitate esse maior febris: vel vehemẽtior membri minus arteriosi: vel nobilitate sicut apostema concaui epatis vehementiorem facit febrem q̃z apostema splenis: et tamen splen est arteriosior q̃z concauum epatis. et multo magis q̃z gibbus: cum ad gibbum nulla veniat arteria: quãuis totũ epar propinquũ sit arterie magne. ¶ Et non euacuantur. Hec est diuersitas harũ febrium scd'm periodos: q2 habent alios et alios periodos scd'z alias: et alias mãs. Nos trãseamus breuiter: quia in questionibus generalibus prolixe diximus de periodicatione. Dicam' ergo q' febres apostematum periodicare est in determinata mensura: et fortificari eam: vel reuerti postquã quieuit. ergo oportet materiam nunc moueri ad putredinem alia priori euaporante priua: sed hoc non fit nisi: quia materia determinato tempore generatur. et determinato tempore mouetur ad membrum. et hec sunt cause ex parte membri mittentis. et ideo dixit secundum mãs: que effunduntur. Periodi nãq; earũ sunt secundum generationem earum: et secundum motuz ipsarum: scilicet materierum: et requiritur etiam siue concurrit ad hoc attractio facta a membro apostemoso trahente calore et dolore. Et ideo dixit et attractionem caliditatis et doloris: i. est attractionem factam a caliditate: et dolore. si ergo iste sunt cause periodicationis: igitur natura cuiuscũq; humoris est determinata causa determinati periodi. nam natura colere: quia est alia a melãcholia habet aliud determinatũ tempus regenerationis in quãtitate: qua possit facere febrez. Habet etiam determinatum tempus: quo mouetur ad apostemãdum membrum. Et hz etiã apostema determinatum calorem attractiuum: et determinatum calorem. sequitur ergo q' vnicuiq; humori inest periodus: et qui conuenit: q2 vnicuiq; inest generatio motus: caliditas: et dolor qui sibi conueniunt. Sanguini autem videtur conuenire continue affligere. et ideo su' periodus est proprie non periodicare: sed vnum habere paroxismuz scias hoc.

¶ Et scias ꝙ multotiens sanatur apostema in plures: et aliis et remanet febris: et significat tunc ꝙ mundificatio non accidit.

¶ Hic est unus canon. ⁊ potest poni alia diversitas.

¶ Questio. II.

Dubitatur si febris est accidens apostematis quomodo potest removeri apostema: ⁊ remanere febris. ¶ Dicendum primo, ꝙ hec febris, que remanet nõ est illa, que sequitur apostema: sed alia febris de putredine humorum preter apostema. ⁊ ideo significat, ꝙ licet sit curatus ab apostemate: tamen mũdificatio non accidit: scilicet alterius dispositionis coniuncte. ¶ Aliter potest dici, ꝙ multotiẽs sanatur: id est apparet ꝙ sit sanatus, qꝛ dolor cessat, ⁊ gravitas in loco ⁊ tussis. Verbi gratia. in pleuresi. qꝛ materia resoluta est sm magnam partem. Aliquid tamen de illa remansit in loco, vel circa locuz apostematis sufficiẽs tenere febrem. ergo signum est ꝙ non est facta perfecta mundificatio apostematis: ⁊ iste casus est quasi contrarius casui Anaxionis scripto in cõmento aphoris. Paroxismos ⁊c. In Anaxione. n. remãsit pleuresis: ⁊ cessavit febris. hic autem febris remansit. ⁊ pleuresis quasi cessavit. ¶ Et iste quidem febres: scilicet apostematum intrinsecorum.

¶ Et iste quidem febres, quandoqꝫ prolongantur: ⁊ perducunt ad ethicam: ⁊ proprie quãdo apostemata sunt in epate. ¶ Ille vero, que sunt in velaminibus: cum confirmantur non expectant usqꝫ ad ethicam.

¶ Questio. III.

Dubitatur qꝛ proprie apostemata pulmonis deberent ducere ad ethicaz cum sit membrum cordi propinquum. ¶ In contrarium est Avicenna hic: ⁊ Gale. quarto terapentice illo capitulo. Pertranseamus. ¶ Videtur sensisse Gale. ibidem: ⁊ Dynus cum eo, ꝙ ethicam dictam marasmum sine siccitatem magis incurrit ex apostemate in epate existente: ⁊ hoc propter defectũ nutrimenti principiantis ab epate: ⁊ non a pulmone, sed ethicam, que est inflammatio, vel ex inflãmatione ⁊ ebullitione magis incurrit ex apostemate in pulmone: quia cor non potest euentari, ⁊ tu considera. ¶ Ille vero: id est illa apostemata, vel ille scilicet febres sequentes apostemata, que sunt in velaminibus: scilicet diaphragmatis cum confirmantur: scilicet in malitia, quia non resolvuntur. ¶ Nõ expectant ⁊c. quia prius occidunt. Unde ⁊c. Gale. ibidem loquens de apostemate diaphragmatis dicit. Multotiens autem vidi interficientem antequam certissimuz compleatur dispnia ⁊ desipientia: sed in quibus tales dispositiones sunt: quãplurimum moriuntur antequam ethica generet.

¶ De signis earum ⁊ ipsarum iudiciis.

¶ Capitulum. xiiii.

Quz febribus ex apostematibus intrinsecis inveniuntur tres species signorum ⁊ accidentium: scilicet signa ⁊ accidentia significantia membrum infirmuz: ⁊ signa et accidentia significantia materiam: et signa et accidentia significantia dispositionem infirmi. ¶ Prima autez signorum species est: sicut pulsus serinus: et dolor pungitiuus apostematis in partibus pectoris: et similiter tussis sicca in primis et humida sero: ⁊ que sunt illis similia de signis pleuresis signantibus apostema in partibus pectoris: et ad summuz dolor et gravitas in membro: et est calidius reliquis membris addita calefactione nõ consueta. ⁊ sicut spasmus: quoniam ipse multotiens associatur apostematibus calidis in membris nervosis. ¶ Species vero secunda est: sicut signatio vehemẽtie febris tertiane signat ꝙ materia est cholerica. ¶ Accidentia vero infirmi sunt dispositiones: que indicant eius salutem: aut indicant ipsius mortem.

¶ Primo ponit quandam divisionem signorum ⁊ accidentium, ⁊ illam declarat. Secundo ponit quandam diversitatem signorum fundatam super membro divisionis illius. Tertio ponit quedam alia signa. ibi secũda. (Et membra.) ibi tertia. (Et caliditas.) ¶ Considerandum per hoc ꝙ Avicen. dixit esse signa quedam ⁊ accidentia, que significant membrum, in quo est apostema, vult te redire ad tertium librum, in quo habes signa apostematis uniuscuiusqꝫ interioris membri. ¶ Per hoc autem ꝙ dicit esse signa, que significant materiam facientem apostema: vult te redire ad tertium librum aliqualiter. ⁊ ad tertiam Fen. huius quarti. Et per hoc ꝙ dicit esse signa, que significant de salute, vel de morte, vult te ire ad Fen. secundam huius quarti. ⁊ ideo omnia hic abbreviavit: ⁊ loco exempli dixit quedam. ¶ Et est calidius reliquis: quia membrum apostematum est sicut fornax fervens, ut undecimo terapentice. ultimo capitulo.

¶ Et membra quidem occulta diversificãtur in faciendo febres: et recipiendo eas: ⁊ perdurationem earum ⁊ ipsarum periodis sm magnitudinem eorum in seipsis: ⁊ magnitudinez venarum eorum, ⁊ sm membra sua.

¶ Quia quedam signa significant membrum apostematũ: ⁊ ideo ostendit diversitatem febrium: ⁊ per consequens signorum secundum diversitatem membrorum apostemosorum, ⁊ habet duas partes. Primo premittit. Secũdo prosequitur. ibi secunda. (Naz in membris.) occulta: id est intrinseca apostemata recipiendo: quia fit primo calor in corde: qui est formaliter est febris: ⁊ postea recipitur in membro apostemoso, ⁊ in aliis membris: ⁊ secundum ꝙ membra sunt diversa accidit diversitas in recipiendo calorem febriles. ¶ Perdurationem. Et perdurationes: quia abbreviantur ⁊ prolongantur: febres etiam secundum diversitatem membrorum apostematorum. Citius enim terminatur apostema cerebri q̃ matricis: ⁊ per consequens febris eorum. ¶ Et periodis. Aliter enim periodicant febres apostematum epatis: ⁊ aliter apostema renum: licet enim sequatur principaliter naturam humoris: tamen diversificari potest ex aliis causis, ut sepe diximus. ¶ Considerandum ergo ꝙ Avicenna tangit duo principaliter. Unum est diversitas, que sumitur a membris: scilicet in febribus a membris apostematis: ⁊ huius diversitas est triplex. Una in accidentibus febrium: ⁊ comprehenditur diversitas in salubritate ⁊ contrarietate: ⁊ hoc intellexit cum dixit in faciendo febrem: scilicet diversarum materierũ ⁊c. Alia est in prolongatione ⁊ abbreviatione, quod intellexit cum dixit, ⁊ perdurationez. Tertia est in periodis ⁊ patet. Secundum quod intelligit est diversitas: secundum quam membra apostemata causant hanc diversitatez febrium: ⁊ huius diversitas est penes tria. unum est penes magnitudinem eorum scilicet membrorum in seipsis. Per magnitudinem autem membrorũ intelligo maiorem vel minorẽ nobilitatem ⁊ maiorem vel minorem sensibilitatẽ, vel maiorem

vel minorem propinquitatem ad cor. hec enim oīa faciunt q̄ membrum dicatur magnum vel paruum in dignitate. Aliter tamen potest exponi fm magnitudinem eorum: scilicet apostematum in seipsis: id est fm q̄ apostemata sunt magna vel parua. Secundum autem, penes quod apostemata diuersificantur in faciendo febrem: est secundum magnitudinem venarum: scilicet pulsatilium ꝛ quietarum: ꝛ in hoc tangit maiorem vel minorem colligantiam cum corde. Tertium est fm membra sua: scilicet alia a corde. quibus membris communicat membrum apostematum faciens febrem. Uerbi gratia. matrix communicat capiti: et nucha cerebro. ꝛ ideo in apostemate matricis fit febris cū dolore capitis.

¶ Nam in mēbris intrīsecis sunt, que sunt propinqua cordi: ꝛ vehemētis cōitatis: sicut velamen ꝛ pulmo: ꝛ de eis sunt, que sunt lōginqua a corde: et debilis cōitatis sicut renes. Ipsi enī non semper faciunt propter apostemata sua febres fortes, neq̄ cōtinuas. Et multotiēs qdē sunt interpollate ꝛ sunt de genere febrium cōmixtarū, et febrium tertianaruꝫ, et quartane, et quintane, et sextane: et fiūt cū eis rigor, ꝛ horripilatio: ꝛ ambiguū fit esse earū: et significat eas grauitas in loco renum: et in partibus alchatim, et dolor: et proprietas caliditatis in membro maioris consueta.

¶ Hic prosequitur. Deberet autē ostendere: quomodo mēbra apostemata diuersificata fm magnitudinem diuersificantur in prolongando febres, ꝛ abbreuiando: ꝛ quomodo in periodicando: deberet etiam secundo ostendere quomodo membra diuersificata fm magnitudinem venarum in fortificando febres. Sed quia hoc totum scitur ab eo q̄ scit quod precessit de quarto libro. ideo Auicen. valde breuiter transiuit. ꝛ quod dixit in tertio libro. hic conatur ponere cursiue. ergo transiens Auicen. primo ostendit, quomodo membra diuersificata in longitudine ꝛ propinquitate ꝛ colligantia etiam sensibilitatis diuersificantur in faciēdo febrem, ꝛ in periodis earum. secundo ostendit, quomodo apostemata diuersificata fm membra sua diuersificantur in faciendo febres. ibi secūda. (Et fortasse.) Quod diafragma sit propinquum ꝛ vehementis propinquitatis ad cor, quod est nobile: ꝛ multum sensibile est notum, q̄ etiaꝫ pulmo sit propinquum cōmunicans ꝛ mobile ꝛ alligatum venis ꝛ arterijs est etiam notum. Renes autem respectu dictorum longinqui sunt paruum alligati ꝛ paruum sensibiles: respectu diafragmatis etiam minus nobiles illis. materie ergo non sic copiose effumant ad cor. ꝛ discontinuantur simul. ergo non est necessarium fieri febres fortes, neq̄ continuas: ꝛ quia materie multe ꝛ diuerse possunt in eis aggregari: quia tolerant multum nocumentum: ꝛ possunt diuerse adustiones in eis fieri: ideo possunt fieri febres, que non sunt interpollate: id est que non sunt ordinate, sed diuerse commixte tertiane ꝛc̄. Et ambiguum fit, quia medicus videns tantam ambiguitatem febriuꝫ ambigit de causa, que fit ꝛ miratur. vel ambiguus de salute, vel de morte: ꝛ significat eas febres apostematum renum. De hoc scribit casuꝫ Rasis decimo octauo continentis quarto capitulo in principio. quem in propria forma vidi in domino Raynaldo de monte Melino.

¶ Quum aūt aggregatur in mēbro vt sit proximuꝫ principali: aut fortis cōitatis cū eo: aut vehementis sensus: et est neruosuꝫ: tūc cū vehemētia febriuꝫ cōmitātium apata eius accidunt ei inqetudo magna et spasmus: et fortasse cōmittātur ipsuꝫ accñs extranea: sicut apostemata matricis: associatur enim ei cum febre soda, ꝛ dolor ceruicis.

¶ Cum autem aggregatur patet. ¶ Dubitat Dynus vtruꝫ ad apostemata viscerum sequatur febris continua. ¶ Uidetur q̄ non, q2 materia febrium continuarum est intra venas, vt supra capitulo de putredine: sed materia apostematum exiuit venas, ꝛ est in poris. ¶ Amplius. Continuarū proprium est non horrere, vt Gal. secūdo de differentijs febrium: sed quedā apostemata quorundam viscerum vt renum faciunt febrem cum rigore, vt hic Auicen. ¶ Oppositum intellexit Gal. quarta particula aphorismorum super illo verbo. Febres quecunq̄ non. ¶ Hic inutiliter prolongat quidam: ꝛ dicunt q̄ febres apostematum visceruꝫ sunt continue propter materiā, que est in venis apostemati mēbri: ꝛ si sunt interpollate sunt propter materiaꝫ, que venas exiuit. ¶ Et nos dicamus, q̄ materia extra venas: cordi tamen propinqua potest facere continuam, sicut sanies pulmonis: ꝛ sanies pectoris: ꝛ demonstratio ad hoc est nota. Febres ergo sequentes apostemata visceruꝫ sunt continue vtplurimum propter causas: quas scripsimus supra capitulo de ephimera ab apostemate: possunt tamen quādoq̄ esse interpollate, vt hic dicit Auicen. ꝛ dat causam. ¶ Ad contrarium dicendum, q̄ ille sermo est verus vtpluriműꝫ. ¶ Uel dicendum, q̄ si materia est intra venas facit continuam: ꝛ cum hoc stat q̄ aliqua contēta extra venas potest facere continuam. ¶ Ad secundum dicenduꝫ, q̄ ea de qua hic loquitur Auicen. est interpollata, q2 aliquando sequatur apostema ad renum. ¶ Ad contrarium dicenduꝫ, q̄ febres interpollate vtpluriműꝫ non fiunt ex apostematibus viscerū. ¶ Et fortasse cum matrix situetur circa rectum intestinum, ꝛ non sit neruosum: ꝛ scꝫ de neruis a cerebro ortis: extraneuꝫ videtur, q̄ sequatur ad apostema eius febris cū dolore totius capitis, ꝛ hoc est qd̄ dicit. Soda ꝛ dolor ceruicis. i. sincipitis vel soda. i. dolor capitis. i. sincipitis ꝛ ceruicis. i. colli: tamen matrix cōicat mamillis ꝛ pectori ꝛ nuche per alligātiam ad partes posteriores. ergo possunt fieri ab ea hec accñtia: lꝫ videātur extranea. Est ergo hec declaratio in exēplo diuersitatis febris sequētis mēbra apostemata diuersificata fm membra sua: scꝫ quibus cōmunicant, que sunt alia a corde: ꝛ multa alia potes habere exempla. Sed Auicē. sumpsit exemplum magis extraneum.

Mā aliq̄ extra venas pōt febrem cōtinuā facere.

¶ Et caliditas quidē quāuis inflāmetur in eis apatibus: tamē non est valde vehemētis acuitatis, sicut est in causonide, nisi sit res magna: ꝛ cā in eo est: quoniā putredo nō est sparsa: neq̄ꝫ mota ad exteriora. ¶ Et pulsus quidē in febribus apatum intrinsecorū est pulsus febriū putredinis paruus in pricipio: velocis ꝯstrictionis apud statum: deinde magnificatur: ꝛ fit velox: ꝛ spissus fm mēbruꝫ, ꝛ materiā: ꝛ scđm qd̄ sciuisti: deinde erit vndosus ꝛ serinus: ꝛ faciēs fm membruꝫ in neruositate ꝛ carnositate sua. ¶ Et vrina fm plurimum est ad albedinem declinis: ꝛ paucitatem tincture propter declinationem materiei ad apa fm quod sciuisti.

¶ Hic ponit quedā alia signa febriū apatuꝫ, ꝛ sunt duo. Primuꝫ est a mō caloris: ꝛ pꝫ nisi sit res magna, q2 fit putredo apatis: ꝛ cū hoc in venis. Et pulsu qdē. ¶ Scđm signuꝫ e

pulsu. Pulsus apostematuȝ putredinis est diuersus: cuius sistoles est maior: ⁊ talis est in febribus apatū intrinsecor: paruus in pri° ꝓpter suffocationē caloris sub mā, que mouetur. Uelocis ꝯstrictionis: id est sistolis. apud statū. s. tempore expressionis vel expulsionis: deinde magnificatur. s. expulsione facta vigorata virtute. Aliter pōt exponi: vt ly deinde nō dicat ordinē tēporis: sed locutionis, vt dicatur. Deinde. i. preter hoc pulsus fit magnus velox spissus ſm membrū ⁊ māin: qꝛ apostemate existēte in membro carnoso, neruoso, arteriosore materia sanguinea fit pulsus maior, velocior ⁊ spissior: ecōtra in mēbro frigido ⁊ mā frigida. Hec sciuisti ꝑ libro Fen scda cap̄ de pulsu apostematuȝ, ⁊ libro 3° in proprijs capitulis. ¶ Deinde erit serinus. Hec ēt lrā deinde nō dicit ordinem tpis sed locutionis. quasi dicat. postquā diximus qualiter diuersificat pulsus apatum viscerū ſm dīas magnitudinis, velocitatis, ⁊ spissitudinis, Dicamus qualiter se hꝫ in spēbus pulsus noians pulsus serinus: ⁊ vndosus siue in dīis mollitiei ⁊ duritiei. Et dicit ꝙ erit serinus faciēns: scꝫ hoc ſm membris in diuersitate: qꝛ fit serinus magis, ⁊ carnositate, qꝛ fit serinus min⁹, vel fit mollis. ¶ Et vrina ad albedinem: id est ad paucitateȝ tincture respectu vrine apparētis in febribus de eadem materia stāte in venis non apostemāte propter declinationeȝ ⁊c. sicut sciuisti supra capitulo de febre ephimera ab apostemate: ⁊ colligitur Fen secūda capitulo de coloribus vrine.

¶ De cura earum. Capi. xv.

Curatio harū febriū est curatio febriū acutarum post curationem apatum. Radix eniȝ in eis est cura apostematis cum obseruatione cure febris de infrigidatione ⁊ humectatione.

¶ Multū abbreuiat curam, qꝛ si radix cure est cura apostematis. ergo scitur cura in gn̄ali ꝑ libro Fen 4ª cap̄ de cura apostematuȝ. In spāli ꝟo scitur tertio canon. in vno quoqꝫ cap̄ cure apostematū determinatorū membrorūm, ⁊ sic curatio. ⁊ cum hoc cura accidētium febrium scitur supra in ꝑ cap̄. ¶ Post curationē apostematū. ¶ Cōsiderādū scdo, ꝙ post non dicit ordinē tēporis, sed intētionis. febris. n. pēdet ab apate: ⁊ ideo prius intendimus ad apostema qꝫ ad febrem. ⁊ ideo radix cure est cura apostematis cū repercussiuis a principio: ⁊ successiue cū alijs, sicut scitur in cura apatum cuiuscūqꝫ mēbri interioris ex libro 3°. Et in cura apatis cadit euātio. vt dictū est: sed qꝛ febris indicat infrigidationem ⁊ humectationē: ⁊ proprie apostematū interiorum mēbrorum ⁊ proprie cal dorū cum timeatur in eis ethica. ideo cura est infrigidatio ⁊ humectatio. Modi aūt infrigidandi ⁊ humectādi sunt dicti in cura acutarū: ⁊ etiā modi lenificādi ⁊ euāndi intelligūtur in virtute generalis capituli ⁊ modi cibādi. opꝫ ergo redire ad canō. superiores, ⁊ fabricare super illos. Si aūt intentio ad apa: ⁊ intentio ad febrem cōtradicant: intende ad illud, quod magis est suspectum. Etiam Auicen. fecerat nos cautos super cap̄ de rebus, in quib⁹ differūt febres putredinis: ⁊ cap̄ de cura putridarū in gn̄ali: ⁊ generaliter ꝑ cap̄. Fen 4ª in fine.

¶ Et in his febribus non cōceditur potus aque frigide, neqꝫ introitus balnei.

¶ Premissa generali cura, descēdit hic ad cap̄la spālia: lꝫ. n. in febribus apostematū oporteat infrigidare: non tn̄ potest aqua frigida, qđ est verum regulariter, vt probatum est supra cap̄ de cura putridarum. coacte tamē quādoqꝫ nō possumus aliter curare herisipilam. vt apparet 9° terapē. ⁊ lꝫ oporteat humectare: non tn̄ cū balneo: qꝛ mouet materias ad membrum apostematum. vt vndecimo terapeutice.

¶ Et si fuerit apa herisipila: lꝫ vt fiat positio rerum frigidarū: ⁊ infrigidatarū actu de foris super ipsuȝ, sicut succus lactuce, ⁊ semperuiue, ⁊ portulace cū aliquātulo de sauich ordei albi: q̄ sine cessatione infrigidētur super niuem. ⁊ permutentur: ⁊ fortasse permiscentur cuȝ eis oleū omphacinum, aut oleum rosaceum.

¶ Hic secundo descendit ad specialem curam: quia ad herisipilam vbi vehementer infrigidat intendens recuperationi ⁊ prohibitioni marasmi: ⁊ permutetur, quia cum illa calefiunt. ¶ Et fortasse, quia si non est multa flāma. si eniȝ nō est indigens maiori infrigidatione qꝫ que fit per oleum rosatum omphacinum vel non omphacinum. Auençoar docuit inungere cum aliquo oleo membrum quodcunqꝫ in quo cholera dominatur, vt apparet primo theisir tractatu octauo capitulo tertio.

¶ Et si comederit lactucas ablutas infrigidatas pertransit: ⁊ iuuatur cum eis.

¶ Hoc potest referri ad habentes febres ex apostematibus interioribus. ⁊ est verum inquantum in eis intēditur infrigidatio ⁊ humectatio, que fit per lactucas: ⁊ potest referri ad habentes herisipilā, ⁊ multo magis verificatur. ¶ Sꝫ dubitatur. quare abluit lactucas cum preceptum sit non ablui lactucas. vt secundo canone primo capitulo. ¶ Dicendum ꝙ sanis melius est non ablui: sed habentibus herisipilam melius est lauari: quia remouetur nitrosum: ⁊ sic magis infrigidat ⁊ humectat, nec timetur de ventositate. Fortis enim calor herisipile resoluit illam. dicit auteȝ, pertrāsit. s. loco cibi: quia erit satis subtilis dieta: ⁊ iuuatur loco medicine: ⁊ dabimus eas decoctas: vel etiaȝ crudas cū pauco aceto, vt consuetudo est.

¶ De dispositionibus febrium compositarum. ¶ Capitulum. xvj.

Febres qn̄qꝫ cōponūtur adinuicem. Fortasse eniȝ cōponūtur ex eis spēs egredientes i genera elōgata: sicut cōpositio febris ethice cū febre putrida: ⁊ qn̄qꝫ cōponūtur spēs ex eis in gn̄e proximo cōuenientes, sicut est cōpositio spērū febriū putredinis: sicut tertiana cū phlegmatica: vtpote febris nominata emitriteus: ⁊ sicut cōpō febriū apatuȝ. ¶ Et qn̄qꝫ cōponūtur de eis species ꝯuenientes in specie, sicut cōpositio duarū tertianaꝝ: ⁊ duarū quartanarū, ⁊ triū quartanaruȝ. Quare fiunt due tertiane in apparitione dispōnis ſm paroxismos phlegmatice: ⁊ tres quartane i paroxismis phlegmatice. Et qn̄qꝫ componūtur tres de febribus tertianis. si igitur fuerint ſm coalterationē, erit paroxismus in die tertia vehemētior: qm̄ pertinet ei periodus diei prime ⁊ inceptio diei tertie, ⁊ similiter in die quinta. Et similatur hec emitriteo: sicut cōpositio duarū tertianaꝝ sīlatur paroxismis phlegmatice.

¶ Hic determinat de febribus cōpositis. Et primo dat generaliorē scientiā. Secūdo in speciali determinat: qꝛ de quadam composita, que dicitur emitritea. ibi secūda. (Emitriteus.) Prima in quatuor. Primo ponit diuersas compositiones febriū adinuicem, que compositio sumitur a diuersitate febriū cōponentium. Secūdo infert ex hoc quedaȝ con/

maria ꝛ addit alios. Tertio circa compõnes febriũ ponit cañ. quosdã. Quarto ponit diuersitates compõnis febriũ sumptas ex parte modi cõpõnis illarũ: ꝛ addit & cañ. ibi secũda. (Et ꝓpter hoc.) ibi tertia. (Et cõpositio febris ethi ce.) ibi 4ª. (Et spẽs.) ¶ Tertius ꝑme partis cũ omnibus suis exẽplis est notus. Q, aũt dixit, sicut cõpõ febris aposte matũ intellexit ꝙ febris putrida sequens apẽata vtplũ est cõposita ex spẽbus in genere paroxismorũ: q2 in genere hu moralium: ꝛ hoc ideo, q2 apostemata vtplurimũ fiunt de diuersis humoribus, vt ꝑ de accidenti ꝛ morbo penul. ca. ¶ Hic tñ cadunt due q̃ones. Prima est, vtrũ ephimera pos sit cõponi cũ alijs febribus. Scõa, vtrum ethica ꝛ putrida possint cõponi: ꝛ disputauimus istas q̃ones: ꝛ scripsimus: ꝛ ibi multa difficilia discussimus, ad illas ergo recurre.

¶ Et propter huiusmodi nõ oportet: vt tota oc cupatione occupetur cum paroxismis: immo oportet vt occupetur cum accidẽtibus. ¶ Et quandoq3 accidit: si fuerint febres iste tertiane pure: vt festinent paroxismi earum ad conten tam. i. ad illam: que fortior est ita vt destruatur debilior earum prius. ¶ Et quandoq3 signifi cat compositionẽ reditio horripilationis post quietem. ¶ Et turpe quidem est medico scien ti significationes cuiusq3 febris ꝛ accñia eius, vt non percipiat cõpõnem a primo die, aut scõo.

¶ Primo infert hoc, quod tamẽ sequitur ex dictis, ꝛ pz. Et est sermo Gal'. primo de differentijs feb. penultimo cap. se cundo ponit tres cañ. ¶ Primus canon. est ꝙ ille tertiane plures: scilicet tres vel due composite ꝑm coalterationẽ pu re existentes: quando sic se habent, ꝙ paroxismi earum fe stinant ad contentam vel contemptam, vel contentiuã ita vt destruatur ꝛc. ¶ Iste ergo canon. in secunda sui parte notus est. compositis enim pluribus febribus tertianis pu ris, debilior earum prius recedit, cum materia sit paucior: hoc etiam dixit Gal'. secundo de crisi nono capitulo vbi po nit, ꝙ ab illo adolescente, qui habebat tres tertianas: pri mo recessit debilior earũ, ꝛ postremo recessit fortior. ¶ Cõ siderandum, ꝙ licet dixerim hoc esse, ꝙ quãdoq3 compo nuntur tres tertiane ꝑm coalterationem sequendo premis sum sermonẽ Auicen. ꝛ q2 dispositio in tali compositione est manifestior: tamen verior est sermo Auicen. ꝛ Gal'. si cõ positio fit ꝑm viam introitus. ¶ Considerandum secundo ꝙ dixit pure, q2 non pura tertiana potest eẽ debilior ꝛ pro lixior: sed cañ. in prima parte habet obscuritatem: quid in telligit Auicen. per hoc, ꝙ dicit, festinant paroxismi ad cõ tentam. In hoc est prima expositio ꝑm glo. Gerardi extra, que dicit ad contentiuam id est ad illam, que est fortior. er go vult ꝙ existentibus pluribus tertianis puris paroxis mi fortiores festinant id est anticipant: et paroxismi debi liores postponunt: sequitur ex hoc ergo ꝙ debilior re soluitur prius. ¶ Secunda expositio est ꝑm secundam lit teram, que dicit ad contentam vel contemptam id est debi liorem. Febris enim que debilis est contẽnitur. i. spernitur. similiter est contenta. i. habita a corpore: sicut febris fortis est habens corpus, vt in cõmento aphori. illius particule intelligitur. Si a febre habito ꝛc. vult ergo dicere, ꝙ paro xismi febris debilioris anticipabunt: ꝛ tamẽ prius resolue tur illa debilior. anticipatio enim põt esse cũ declinatione. causa autẽ anticipationis est subtiliatio ꝛ acuitio cholere, quã facit calor fortioris febris: l3 ergo paroxismi debilio res anticipent: essent tñ debiliores ꝛ breuiores: q̃re hus re soluetur. hec febris debilior. ¶ Tertia expõ est vt per cõtẽ ta intelligat illam, que precessit, vt dicatur ꝙ existentibus pluribus tertianis: ꝛ paroxismo cuiusq3 earũ anticipante ad suam, que ꝓcessit. vbi grã. paroxismo tertie diei qui est ꝑme tertiane ad paroxismũ ꝑme diei: ꝛ paroxismũ quarte diei ad paroxismũ scõe: ꝛ paroxismũ quinte diei ad paro xismum tertie diei. s. ad paroxismũ tertie, tertiane: ꝛ tñ debi lior de illis resoluet: ꝛ ita fuit ꝓcessus illius infirmi: quem Gal'. ponit scõo de crisi. ꝑ. n. paroxismi anticipauerunt: po stea postposuerunt, ꝛ abbreuiati sunt: ꝛ postea debilior fe bris cessauit prius: ꝙ aũt febris precedens possit nominari cõtenta: satis est notũ ex hoc, ꝙ posterior quodãmodo con tinet priorẽ virtute. est enĩ sicut effectus eius. ¶ Et qñq3. Iste est secundus canon. notus in cap. de emitriteo. reditio enim horripilationis cadit in signis emitritei, que est com posita febris, vel oppilationis: q2 etiã in febribus prolixis de multis ꝛ diuersis materiebus redeũt oppilatiões: post q̃ vise sunt esse aperte: l3 hoc fiat in solis phlegmatica. ꝛ idõ dixit qñq3. ¶ Et turpe. Est tertius cañ. notus. Gal'. tñ scõo de crisi. 8. cap. vult ꝙ si non cognoscis eã in primo vel secũ da die: tñ cognoscis in tertio vel 4º. ¶ Cõsiderãdũ ergo, ꝙ si febres putride sint cõposite ꝑm coniũctiõẽ in prima die: 03 medicus cognoscere, ꝙ sit cõposita iq̃tũ vidit accidẽ tia paroxismi nõ eẽ accñtia vnius pure materiei simplicis: l3 certitudo cognitionis habeatur plus ꝓcedẽtibus paro xismis. silr si sunt cõposite ꝑm semitam introitus. si autem sint composite ꝑm semitam coalterationis: põt talis esse co alteratio: ꝙ non possit de ea sciri, nisi vsq3 ad tres dies, vt si incipiat hodie vna tertiana: ꝛ in tertio die alia tertiana: et hoc potes considerare ex multa parte.

¶ Et compositio febris ethice cũ febre putre dinis est ex illis, que valde ambigua sunt: quo niam ipsi vidẽt interpollationes ꝛ iceptiones rigoris, ꝛ horripilationis: ꝛ reditionẽ sudoris si fuerint: ꝛ horas ꝑticulares: quare existimãt ꝙ sint illic febres putredinis tñ inseparabiles, aut composite ex cõtinua ꝛ interpollata.

¶ Hic ponit cañ. ꝑm hos modos cõpositionis: ꝛ primo cir ca primum modũ. s. qñ componuntur febres ingredientes in genera elõgata vt ethice cũ putrida. secundo circa alios modos. ibi secunda. (Et qñq3 cõtinuatur.) In primo cañ. vult ostendere quomodo occultatur febris ethica: quãdo multe putride interpollate coniunguntur cũ ipsa: vel quã do cum ipsa coniungitur continua vel interpollata. nã exi stentibus multis interpollatis cum illa: possibile est conti nue hominem febrire: ꝛ medicus videt reditus multorum paroxismorum, ꝛ venire sudorẽ: si fuerint sudores: ꝛ tunc non indicat medicus hunc habere ethicam: l3 continue fe briat. imo continuam febrem indicat ex multo numero pa roxismorum: ꝛ hoc est qõ dicit. Iudicat febrem putredinis ꝛ non ethicam inseparabilem. s. per multum numerũ paro xismorum. ¶ Aut cõposite ꝛc. q2 continua cũ interpollata eodem modo. cõis tamẽ deceptio in oibus istis est, ꝙ medi cus dicit febrẽ ethicam nõ habere exacerbationes, siue pa roxismos: ꝛ tamẽ hic sunt paroxismi siue exacerbationes: nesciens ꝙ cum ethica potest esse putrida continua ꝛ inter pollata, vt dicit Gal'. primo de differentijs febrium. ¶ Cõ siderandum hic, ꝙ multi medici credentes se esse magnos iudicatores cum vident vnam continuam, que extenuauit: ꝛ vident aliquam vrine grossiciem: vt telam aranee statim iudicant esse complicatam putridam cum ethica: cũ tamẽ non sit. vt iam diximus primo de differentijs febriũ. iudi cia in hoc sunt multum extimatiua.

¶ Et qñq3 cõtinuatur cõpositio ita vt appareat febris vna ꝯtinua similis, que similat synocho, ꝛ tũc quidẽ nõ est excusatio reditionis ad signi ficationes. Et si fuerint paroxismi breues non

ꝯsequitur coꝝ cõtinuatio nisi propter rem ma/
gnã de multitudie numeri coꝝ ꝓpꝛie: ⁊ fortas/
se vides interpollationes harũ febꝛiũ longas.

¶ Primo ponit quatuoꝛ cañ. post quos ponit alioꝝ opinio/
nem ibi, (Quidã aũt.) Primus cañ. declarat̃ sic. Si aliqs
haberet multas tertianas iterpollatas: ⁊ semꝑ anteq̃ vn⁹
paroxismus recedit alter superuenit. iste videbitur fortiter cõ/
tinue febꝛire: ⁊ crederetur prima fronte habere continuam
vnam similem, que similatur synocho. i. est vere continue
de materia intra venas: ⁊ certuʒ est, ꝙ si talis continua for/
tis caloris dʒ fieri: ⁊ paroxismi sunt breues, ꝙ necessariuʒ
est esse multos paroxismos. In hac ergo deceptiõe redi ad
significationes. verbi grã. cõtinua vniformis siue sit chole/
rica, siue sanguinea, siue phlegmatica nõ habebit tot ꝓfun/
dationes pulsuũ: ⁊ tot typos, quot apparẽt i illa, q̃ cõtinua
vr̃, ⁊ nõ est. Et fortasse vides iterpollationes lõgas. i. paro/
xismos lõgos: ⁊ tũc non opʒ, vt sint multi numero ad signi/
ficandũ vnã ꝯtinuam, vel interpõnes. i. quietem inter paro/
xismum ⁊ paroxismuʒ. q̃si dicat. si non sunt multi numero:
videbis quietes inter eos, si sunt breues paroxismi.

¶ Et q̃ñ componuntur febres diuerse: sicut emi/
triteus: eradicatur postrema earuʒ: ⁊ remanet
cronica pura, siue sint due interpollate, aut due
continue: aut interpollata ⁊ continua.

¶ Hic est scðs cañ. ⁊ dicit ꝙ q̃ñ cõponunt̃ febres diuerse. s.
cholerica ⁊ phlegmatica: ⁊ hoc est qð dicit emitriteus ⁊ er/
radicatur prius postrema. i. cholerica. ¶ Cõsiderãdum ꝙ
cholerica dicitur postrema ꝯsiderando secũdo paroxismũ
siue exacerbationeʒ ad primumq: fit de tertio in tertium:
sed in phlegmatica fit omni die. siue sit ⁊c̃. semper prius re/
cedit cholerica: ⁊ hoc est verum per se ex natura haruʒ ma/
teriarum accidere: tamen potest aliquaʒ phlegmaticam es/
se breuiorem quadam cholerica.

¶ Et q̃nq; cõponitur cum emitriteo alia tertia/
na ⁊ phlegmatica ⁊ melancholica. naʒ si ẽst cuʒ
tertiana erradicatur tertiana: ⁊ purus fit emi/
triteus: ⁊ si est cum phlegmatica: aut melãcho/
lica erradicatur emitriteus: ⁊ depuratur phle/
gmatica: ⁊ similiter melancholia.

¶ Hic est tertius cañ. in quo Aui. imaginatur quẽdã hñteʒ
emitriteũ: ⁊ vltra hoc habentẽ vnã tertianaʒ: ⁊ tunc prius
recedit tertiana q̃ʒ emitritea, vel habẽtem vltra emitriteaʒ
vnam phlegmaticã vel melãcholicaʒ: ⁊ tunc prius recedet
emitritea: ⁊ remanebit pura phlegmatica, siue pura melã/
cholica. Hũc aũt textũ introduco in q̃õne nr̃a de prolonga/
tione febriũ ad ꝓbãdũ, ꝙ febris cõposita ex cholerã ⁊ phleg/
mate sit prolixioꝛ q̃ʒ febris ex pura cholera: sed est breuioꝛ
q̃ʒ illa, que fit ex puro phlegmate ⁊ pura melancholia.

¶ Et quãdoq; accidit compositio in eis ꝯm mo/
duʒ alium: ⁊ est vt componatur interpollata et
continua diuersi generis: aut conuenientes am/
be in eo. aut conuenientes in specie: sicut tertia/
na periodica cum tertiana inseparabili: ⁊ sicut
componuntur due interpollate. similiter com/
ponuntur due continue.

¶ Hic est q̃rtus cañ. in quo dicit. Et q̃nq; accidit cõpõ in eis
s. febribus putridis ꝯm modũ aliũ ab eo: qui statim dictus
est. nã cõpositio ꝑdicta erat triũ febriũ. s. ex emitritea, q̃ est
due febres: ⁊ ex alia: sed ista compõ est ex duabus febrib⁹,
⁊ est triplex: q: cõponitur interpollata ⁊ cõtinua diuersi ge/
neris, vt iterpollata de cholera ⁊ ꝯtinua de phlegmate vel
econtra: aut conuenientes ambe in eo, sicut interpollata de
cholera: ⁊ ꝯtinua de cholera: ⁊ hoc est qð dicit, sicut tertia/
na piodica cũ tertiana inseparabili: ita ꝙ exẽplũ hoc est eius
qð dixit, Aut ꝯuenientes ambe in eo: ⁊ opʒ sic ꝯtinuari, aut
ꝯuenientes ambe in eo: sicut tertiana piodica cũ tertiana īse/
parabili: ⁊ tũc subdit ꝯm modũ, aut ꝯuenientes in spe: sicut
due tertiane interpollate, aut due tertiane ꝯtinue. ⁊ io sub/
dit, sicut cõponũtur due interpollate. s. eiusdẽ spẽi. silr̃ com/
ponũtur due ꝯtinue. s. eiusdẽ spẽi: vt due cholerice cõtinue,
aut due phlegmatice ꝯtinue. ¶ Cõsiderãduʒ ꝙ textus pōt
aliter exponi, vt per cõtinuã diuersi generis itelligeret ethi/
cam: ⁊ tũc dixit ꝯuenientes in eo. i. genere horum vt cõtinua
de vno humore ⁊ interpollata de alio: ⁊ cum dicit: aut con/
uenientes in specie: intelligit ꝙ q̃nq; componitur continua
⁊ interpollata: ⁊ cõueniunt in spe eiusdẽ humoris vt conti/
nua de cholera ⁊ interpollata de cholera ⁊ cum dicit. Et si/
cut ⁊c̃. vult dicere, ꝙ q̃nq; componuntur etiam due inter/
pollate, vel due continue de eodem humore.

¶ Quidam aũt existimauerunt ꝙ due cõtinue
nõ cõponuntur: sicut due tertiane: q̃m q̃ñ ma/
teria est intra venas: non est possibile vt diuer/
sificetur illud. in quo accidit putredo: putredo
enim est procedens in toto. Questio. j.

Qui fuerint isti nõ inuenio: ⁊ ꝓ ponit eorũ dictuʒ:
⁊ est ꝙ due febres ꝯtinue de eadẽ ma/
teria. vbi grã. cholerice nõ cõponunt̃, sicut due tertiane. s.
interpollate cõponunt̃. Isti ergo ꝯcedũt duas tertianas in/
terpollatas cõponi: sed duas cholericas ꝯtinuas, vel alias
de eodẽ humore nõ cõponi. ¶ Cõsiderãdũ ꝙ ista, que dicit,
sicut due tertiane: põt dupl̃r exponi. Primo sicut dictũ est:
scðo sicut due tertiane supple ꝯtinue nõ cõponunt̃. ⁊ hec se/
cũda expõ non vr̃ bñ ꝯsona motiuo: qð isti ponũt: tñ q: due
tertiane interpollate vident̃ posse cõponi ꝯm viã cõem ap/
parens motiuũ hʒ: q: duo accñtia solum numero dr̃ia non
pñt esse in eodẽ subiecto vt in corde. ¶ Quoniã. Hic secun/
do ponit motiuũ opinionis: ⁊ arguit sic. presupponit enim
ꝓmo ex hoc. l. tractatu scðo primo cap̃. ꝙ febris cõtinua est
de materia putrida intra venas. tũc arguitur q̃ñ mã putri/
da est intra venas non hʒ locũ precipuũ: imo procedit in to/
to. s. in toto concauo venarũ: q: concaua venarũ ꝯtinua, ⁊
transmeabilia sunt: non ergo pñt diuersificari penes locuʒ.
vult ergo istoꝝ opinio, ꝙ si cholera putrescit intra venas,
ꝙ ipsa putrescit in omni loco intra venas: ⁊ forsan motiuuʒ
eorum est: q: concaua venarũ sunt continua ⁊ transmeabi/
lia a putredine: ⁊ cholera iacet ibi continua. si ergo putre/
sit in vna parte: putrescit etiam in alia: ⁊ per cõsequens non
potest diuersificari locus putredinis. iam ergo apparet an/
tecedens. ꝯña probatur. nam due febres cõtinue de mate/
ria cholerica sunt: vel quia sunt due materie cholerice in
duobus locis: vel quia sunt due materie cholerice in po/
tentia, sicut due partes cõtinui. Non secũdo modo, q: om/
nis febris interpollata põt poni due interpollate: que est tã/
te materie, ꝙ medietas posset facere febꝛe. ⁊ similr̃ ois con/
tinua esset due ꝯtinue vel plures cõtinue. relinquitur ergo ꝓ/
mo modo. s. ꝙ si de mã cholerica vel alia eiusdẽ spẽi debẽt
fieri due febres ꝯtinue, ꝙ hoc sit q: materie sunt due in duo/
bus locis intra venas: sed hoc ẽt est impoĺe, quia putredo
intra venas est procedens i toto, ergo est impossibile duas
continuas febres de eadẽ materia componi. ¶ Considerã/
dum ꝙ hoc motiuũ nõ potest adaptari ad duas febres in/
terpollatas de eadẽ materia. vbi grã cholera. loca eniʒ ex/
tra venas recipientia mãs nõ sunt continua sic. ⁊ ideo mãe
non sunt in eis continue adinuicem: sed possunt esse discon/
tinue, ⁊ facere duas interpollatas aut plures.

¶ Et hec sententia nõ est de illis, que necessaria

sunt proculdubio apud me: qm̄ putredo incipit proculdubio ex loco: deinde spargitur: deinde currūt inditia vehemētie: ⁊ interpollationis ſm gradationē putredinis prime: ⁊ ſm eā sunt ei motus. Nō ergo elōgatur quin accidat putredo, cui sit dn̄ium aliqđ incipiens in parte materierū: cui non sit dn̄iū sequēdi aliud: imo aggregat̄ in ea vt icipiat: ⁊ vt sequatur simul: quare erit ei gradatio tēporis qua experitur.

¶ Hic remouet illorū opinionē: ⁊ sil'r illorū motiuum: ⁊ primo ponit vnum fundamētū: qđ est vna propō. scđo arguit ibi 2ª. (Non ergo.) Propositio quā premittit est hec: putredo incipit de vno loco determinato, deinde spargit̄. ¶ Cōsiderandū ꝙ propō quantū ad primā partē remouet motiuum opinionis p̄dicte: q2 est ꝯ̄ria illi: ⁊ cā huius propōnis est: q2 mā, que putrefit est aliqua pars humoris alicuius. s. illa mā, que incipit putrefieri: sed ps aliq̄ māe est in aliquo vno loco vene: ⁊ nō est in tota vena. ergo seq̄tur p̄ma pars propōnis: putredo incipit in vno determinato loco. ¶ Deinde spargitur exponit̄ dupl'r. p̄ per successionē putredinis ad partē post partē: ⁊ ſm ꝙ putredo p̄me partis successiue intēditur vel extēditur in partibus ꝯtinuis: ⁊ ſm hoc currunt indicia vehemētie. i. fortitudinis vel fortificationis febrium, que iudicia sunt vehemētia caloris ⁊ accn̄tiū sequētium additionē putredinis intēsiuā ⁊ extensiuā: ⁊ ſm ꝙ putredo p̄cessit illas materias incinerando: quas in certa mēsura tp̄is occupauit in certo loco ſm hoc currūt iudicia interpollationis. i. remissionis febris ⁊ quietis: ⁊ hoc est qđ dicit: ſm gradationē putredinis prime. s. que p̄mo incepit in loco determinato: que gradatio est gradata successio additionis putredinis. vn̄ sunt iudicia vehemētie: ⁊ gradata remissio. vn̄ sunt indicia interpollationis: ⁊ ſm eā. s. primam putredinē. sunt. n. motus. s. p̄dicti vehemētie interpollationis, vel motus. s. tertiani, vel quartani, vel quotidiani ſm ꝙ mā p̄ma, que putrefit est cholerica, vel phlegmatica, vel melācholica. ¶ Scđo mō pōt exponi spargit̄. s. p sparsionem fumi putridi ad cor: ⁊ ſm gradatū p̄uentū fumi illius e p̄ma putredine currūt iudicia vehemētie ⁊c. ⁊ p3. ¶ Hic esset locus speculationis: vtrū p̄ma pars sit in actu, siue sit prima pars intēsiua, siue extēsiua: hec tn̄ questio est de cōsideratione philosophorū. ¶ Tota ergo propositione collecta, que est fundamentū rōnis fiende dicamus: si putredo incipit ex vna parte materie: ⁊ per ꝯsequēs in vno loco ab illa parte māe ⁊ loco spargitur: ⁊ ſm gradationē huius putredinis in sua sparsione ⁊ remissione currūt iudicia fortificationis ⁊ debilitationis ⁊ motus. Hac ꝑpōne habita arguitur sic. Si pn̄t esse due putredines intra venas duarum materierū in duobus locis distinctis: ⁊ vna putredo nō sequitur ad aliā: sed vtraq3 putredo est per se in sua materia: ⁊ vtraq3 h3 in se duo. Primū qđ incipit in parte sua sue materiei, ſm ꝙ finiet illam: ⁊ secūda putredo non incipit in illa materia: sed alia putredo facit hoc: si ergo ita est due febres ꝯtinue possunt componi: sed ita est, ꝙ due putredines pn̄t esse ⁊c. ergo due febres cōtinue. Maior ꝑpō apparet: q2 ꝯ̄ria motiuo opinionis istoꝝ: febres enim de vna materia numerabūtur numeratiōe putredinis in diuersis locis. Minor ponit̄ in l'a ab Aui. quantū ad vnam partem que inuit aliā. ¶ Ad cuius intellectū pone tale exēplū Martinus habet quādā quantitatē cholere superflue in concauo vene descēdentis sub emulgēte versus totū crus sinistrum: ⁊ est determinate grossitiei ⁊ caliditatis: in qua cholera hodie in aurora incepit putrefactio in vna parte eius, siue in toto nō curo de hoc: ⁊ effumat ad cor ⁊ facit ꝯtinuā febre3: q2 antequā resoluatur hec pars alia mouet̄ ad putredinē: ⁊ de tertio in tertiū magis fortificatur: ⁊ experimur p gradatum tēporem: ⁊ gradatum ascensum ſm ordinem ad putredinem: que hodie in aurora incepit: ita ꝙ in secunda hora iste satis quiescit. In tertia autem hora fortificatur ⁊ ascēdit. Iste idem Martinus habet quādam aliam quātitate3 cholere circa cōcauum vene ascendentis versus venas brachij dextri: que ex sua quātitate ⁊ modo substātie ⁊ qualitatis incipit putrefieri cras circa horam none: ⁊ facit continuam quam cōtinuam in postremum experiemur gradati tēporis ⁊ fortificationis ſm primā putredine3, que incipit cras, que est tertia dies a die crastina: ⁊ que est quarta a prima: in cuius aurora incipit alia febris refortificabit̄ circa horam none. Procedēte ergo Martino ad dies cognoscimus manifeste eū habere duas febres continuas: quarum vnaqueq3 h3 suam putredinem incipientem in determinato loco, que putredo incipit in parte sue materiei: ⁊ finit illam sicut putredo circa venā descendētē ad crus incipit in cholera, que est ibi ⁊ finit illam: ⁊ nō incipit a cholera que est in ꝯcauo vene ascendētis brachij: nec h3 dominiū sequēdi illam in putrefactione ⁊ resolutione. erunt ergo due febres cōtinue. quarū vnaqueq3 est per se febris habēs suas gradationes tēporis ⁊ exacerbationis. ¶ His habitis apparet expositio textus difficilis cū dicit. Non ergo elongatur: id est nō est longinquū vel impossibile: quin accidat putredo: cui putredini sit dominiū aliquod incipiens in parte materierū: scilicet intra venas: ⁊ per consequens in loco determinato: ⁊ q2 ista putredo habet aliquod dominium sc3 in materia, que est in hoc loco: seq̄tur ꝙ ei non est dominium cōsequendi aliud: idest aliam materiā, que est in quodam alio loco sequendi scilicet per successionem putredinis ⁊ resolutionem: imo aggregatur in ea vt incipiat ⁊ sequatur: id est prosequatur ⁊ etiam finiat simul: id est in determinata mensura temporis, que mensura tēporis est alia ab illa, que incepit: ⁊ seq̄tur in alia mensura alterius partis corporis: q2 alia mensura temporis est ab aurora hodierne diei ad auroram secunde vel tertie diei a mēsura, que est ab hora none crastine diei ad horā none diei sequentis crastinum vel post crastinum: ⁊ hoc modo intelligitur simul. Aliter tamen potest exponi si consideras, ꝙ nullam est dare partem putredinis fientis, vbi non sit pars facte putredinis. sed nō curamus de hac subtilitate pro nunc. ¶ Quare erit scilicet putredini vel febri gradatio tēporis, sicut gradatim tepescit supple, ⁊ gradatio acuitionis. ¶ Qua experitur: id est qua scitur, ⁊ cognoscit̄, ꝙ hec putredo, vel hec febris habeat materiam, ⁊ non illa3. ¶ Si ergo subtiliter consideras mentem Auicē. ipse vult, ꝙ determinata putredo potest fieri in determinata parte vene: cui sit dominium incipiendi ⁊ finiendi materiam circa partes illas cōcauos illius vene: ⁊ non sit ibi dominium circa quandam aliā materiam alterius speciei in alia concauitate venarum circa alias partes. ergo sequitur ex hoc ꝙ illa materia: sup quā hec putredo non dominatur possit etiam putrefieri a quadam alia causa ⁊ quodam alio tempore: ⁊ habet sua3 gradationem tēporis ⁊ exacerbationis. Alia littera habet tēporis: id est gradatum processum in tempore: quo experitur, sicut diximus: ⁊ hec expositio tendit in ide3. ¶ Ex his ergo Aui. vult negari antecedens rationis illorum, cu3 dicitur ꝙ in materia, que putrefit intra venas, non potest diuersificari locus putredinis. ¶ Dicendum ꝙ falsum est saltem in alijs humoribus a sanguine. ¶ Et cu3 dicitur ꝙ vene sunt transmeabiles, ergo spargetur putredo in toto corpore. ¶ Dicēdu3 ꝙ fumus putridus ex hoc spargi poterit per omnia cōcaua venarum: nō tamē seq̄tur: ergo tota cholera vbiq3 putrefit. ¶ Et cum dicitur ꝙ tota cholera iacet cōtinua in venis. ¶ Dicēdū ꝙ hoc ꝯcesso vna pars huius continui potest habere propriā dispositionem alia3 a dispositione partis alterius: sicut apparet in virgula accensa in

duabus

duabus extremitatibus: quarū vna est viridior ⁊ alia sicca. Aliū enim ꝓcessum ⁊ modū motus habebit ignis in vna extremitate q̄ in alia: ⁊ erit in hoc ipsa gradatio: qua verū ignem experimur. ℭ Uel dōm q̄ cholera nō iacet cōtinua in venis: sȝ solus sanguis in eis actu ꝯtinu⁹ est: ⁊ q̄ hoc sa citire ad alias difficultates ominamus. Qō. ij.

